LA

# STORIA ROMANA

DI

# TITO LIVIO

COI SUPPLEMENTI

DEL

# FREINSEMIO

TRADOTTA

DAL CAVALIERE

LUIGI MABIL

COL TESTO A FRONTE

*VOLUME VIGESIMO TERZO*

BIBLIOTH. PUB. FLORENTINA

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCXV

Digitized by Google

Digitized by Google

STORIA ROMANA

DI

# TITO LIVIO

LIBRO VIGESIMO NONO

Digitized by Google

# TITI LIVII
## PATAVINI
# HISTORIARUM
### AB URBE CONDITA LIBRI.
## EPITOME
### LIBRI VIGESIMI NONI.

*Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit, et mandata Masinissae Scipioni exposuit, conquerentis, quod nondum exercitum in Africam trajecisset. Bellum in Hispania finitum, victore Romano, quod Indibilis excitaverat; ipse in acie occisus, Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus est. Magoni, qui in Gallia et Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa, et pecuniae, quibus auxilia conduceret: praeceptumque, ut se Hannibali jungeret. Scipio a Syracusis in*

# STORIA
## DI
# TITO LIVIO
## PADOVANO
### DALLA FONDAZIONE DI ROMA.

## EPITOME

### DEL LIBRO VIGESIMO NONO.

*Cajo Lelio dalla Sicilia spedito da Scipione in Africa ne riportò gran bottino, e gli espose le doglianze di Masinissa, perchè non avesse ancora tradotto in Africa l'esercito. La guerra in Ispagna, che Indibile avea suscitata, ebbe fine colla vittoria de' Romani; egli perì combattendo. Mandonio, chiesto dai Romani, fu lor consegnato da' suoi. A Magone, ch' era in Gallia, e ne' Liguri, si mandò dall' Africa grosso numero di soldati, e danaro, con cui ne assoldasse; e gli fu commesso di unirsi con Annibale. Scipione da Siracusa passò ne' Bruzj, e prese*

*Locri, scacciatone il presidio Cartaginese, e messo Annibale in fuga. Si fe la pace con Filippo. La madre Idea fu da Pessinunte, castello della Frigia, trasportata a Roma, essendosi trovato un verso ne' libri Sibillini, che diceva:* potersi scacciare dall' Italia il nemico straniero, se si fosse trasportata a Roma la Madre Idea. *Quegli che la diè in mano ai Romani, fu Attalo, re dell' Asia. Era ella una pietra, e quei del paese la dicevano la Madre degli dei. La ricevette Publio Scipione Nasica, figlio di Gneo, di quello ch' era perito in Ispagna, come quello, che il senato avea giudicato l' uomo il più virtuoso, che ci fosse; giovane non arrivato ancora alla questura; e ciò, perchè l' oracolo comandava,* che la dea fosse ricevuta, e consegrata dal più virtuoso dei cittadini. *Quei di Locri mandano ambasciatori a Roma a lagnarsi delle violenze del legato Quinto Pleminio, che avea manomesso il tesoro di Proserpina, e stuprati i figliuoli, e le mogli loro. Pleminio, condotto a Roma in catene, morì in prigione. Essendo stata recata a Roma una falsa diceria intorno al proconsole Publio Scipione, ch' era in Sicilia, quasi vi stesse gozzo-*

*Bruttios trajecit, et Locros, pulso Punico praesidio, fugatoque Hannibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idaea mater deportata est Romam a Pessinunte oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento*, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. *tradita autem est Romanis per Attalum regem Asiae. Lapis erat, quem matrem Deûm incolae dicebant. Excepit P. Scipio Nasica Cn. filius, ejus, qui in Hispania perierat, vir optimus a senatu judicatus, adolescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum jubebat:* ut numen id ab optimo viro reciperetur consecrareturque. *Locrenses legatos Romam miserunt, qui de inpotentia Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proserpinae abstulerat, et liberos eorum ac conjuges stupraverat. Pleminius, in catenis Romam perductus, in carcere mortuus est. Quum falsus rumor de P. Scipione proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tamquam is luxuriaretur, missis ob hoc legatis a senatu, qui*

*explorarent, an ea vera essent, purgatus infamia Scipio in Africam trajecit, senatus permissu. Syphax, accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis, amicitiae, quam cum Scipione ipse junxerat, renunciavit. Masinissa, rex Massyliorum, dum pro Karthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum saepe repetito, aliquot proeliis a Syphace rege Numidarum victus, in totum privatus est: et cum ducentis equitibus exsul Scipioni se junxit: et cum eo primo statim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio, adventu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obsidione Uticae depulsus, hiberna communivit. Sempronius consul in agro Crotoniensi prospere adversus Hannibalem pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quatuordecim millia. Inter censores, M. Livium et Claudium Neronem, notabilis discordia fuit. nam et Claudius Livio collegae equum ademit, quod a populo*

*vigliando, speditisi legati dal senato a esaminare, se ciò fosse vero, Scipione, purgatosi dall' accusa, passò in Africa con la permissione del senato. Siface, presa in matrimonio la figliuola di Asdrubale Gisgone, rinunziò all' amicizia, che avea contratta con Scipione. Masinissa, re dei Massilj, mentre guerreggia in Ispagna a favore dei Cartaginesi, perduto Gala suo padre, caduto era dal regno. Provatosi più volte a ricuperarlo coll' armi, vinto in alquante pugne da Siface, re dei Numidi, n' è intieramente spogliato; ed esule venne ad unirsi a Scipione con dugento cavalli; e standosi con lui, uccise subito nella prima battaglia Annone, figlio di Amilcare, con grosso numero de' suoi. Scipione, alla venuta di Asdrubale e di Siface, ch' erano giunti con quasi cento mila armati, costretto a levar l' assedio di Utica, si fortifica ne' quartieri d' inverno. Il console Sempronio, nel territorio di Crotona, combatte prosperamente contro Annibale. I censori chiudono il lustro; si son noverati dugento quattordici mila cittadini. Tra i censori Marco Livio, e Claudio Nerone insorse grave discordia. Perciocchè e Claudio tolse il cavallo a Livio, perchè il popolo lo avea condan-*

*nato e mandato in bando; e Livio il tolse a Claudio, perchè avea deposto il falso a di lui carico, e perchè s' era di mala fede riconciliato con lui. Lo stesso Livio privò della cittadinanza tutte le tribù, eccetto una, perchè lo aveano condannato innocente, e perchè di poi lo avevano eletto console e censore.*

Digitized by Google

*damnatus actusque in exsilium fuerat ; et Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset, et quod non bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnes tribus, extra unam, aerarias reliquit, quod et innocentem se damnassent, et postea consulem censoremque fecissent.*

---

*equites Siculorum, tamquam gravem et duram, horrere eam militiam. Si qui ita animati essent, malle eos sibi jam tum fateri, quam postmodo querentes, segnes atque inutiles milites reipublicae esse. Expromerent, quid sentirent: cum bona venia se auditurum.* Ubi ex his unus ausus est dicere, *se prorsus, si sibi, utrum velit, liberum esset, nolle militare;* tum Scipio ei, *Quoniam igitur, adolescens, quid sentires, non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cui tu arma equumque et cetera instrumenta militiae tradas, et tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas, docendum cures equo armisque.* Laeto conditionem accipienti unum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit. Ubi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris ceteri viderunt, se quisque excusare, et vicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites substituti, sine publica inpensa. Docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt: quia edictum imperatoris erat, ipsum militatu-

in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, suas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res, sed omnibus Siciliae populis, grata fuit; eoque enisius ad bellum adjuverunt. Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum, conciente Ilergete Indibili, nulla alia de caussa, quam per admirationem Scipionis contemtu imperatorum aliorum orto. *Eum superesse unum ducem Romanis, ceteris ab Hannibale interfectis*, rebatur. *eo nec in Hispania caesis Scipionibus alium, quem mitterent, habuisse: et, postquam in Italia gravius bellum urgueret, adversus Hannibalem eum arcessitum. praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque inde veterem deductum. Trepida omnia, ut inconditam turbam tironum, esse. numquam talem occasionem liberandae Hispaniae fore. Servitum ad eam diem aut Karthaginiensibus, aut Romanis: nec in vicem his aut illis, sed interdum utrisque simul. Pulsos ab Romanis Karthaginienses; ab His-*

*panis, si consentirent, pelli Romanos posse: ut ab omni externo imperio soluta in perpetuum Hispania in patrios rediret mores ritusque.* Haec aliaque dicendo non populares modo, sed Ausetanos quoque, vicinam gentem, concitat, et alios finitimos sibi atque illis populos. itaque intra paucos dies triginta millia peditum, quatuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quo edictum erat, convenerunt.

II. Romani quoque imperatores, L. Lentulus et L. Manlius Acidinus, ne glisceret prima negligendo bellum, junctis et ipsi exercitibus, per agrum Ausetanum, hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus ad sedem hostium pervenere. trium millium spatio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per legatos nequidquam tentatum, ut discederetur ab armis. dein, quum in pabulatores Romanos inpetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, submisso ab statione Romana equitatu, proelium equestre fuit, haud sane memorando in partem ullam eventu. Sole oriente, postero die armati in-

*potersi dagli Spagnuoli, se si concertassero, scacciare i Romani; sì che la Spagna, liberata in perpetuo da ogni giogo straniero, tornasse alle patrie usanze, ai riti suoi.* Queste dicendo, e simili cose, solleva non solamente quelli del paese, ma eziandio gli Ausetani, nazione vicina, ed altri popoli a se, ed a questi confinanti; sì che tra pochi dì trenta mila fanti, e da quattro mila cavalli si raccolsero nel contado Sedetano, com'era stato ordinato.

II. Anche i Romani comandanti Lucio Lentulo, e Lucio Manlio Acidino, acciocchè negligendo le prime scintille non vie più la guerra si dilatasse, uniti essi pure i loro eserciti, conducendo i soldati senza far guasto pel contado Ausetano, quasi per paese non avverso, ma tranquillo, giunsero al luogo de' nemici; e posero il campo discosto tre miglia dal campo loro. Dapprima si tentò invano col mezzo di legati, che si posassero l'armi; poscia, avendo improvvisamente i cavalieri Spagnuoli dato addosso ai nostri foraggiatori, fatta uscire la cavalleria dal campo Romano, fuvvi una pugna equestre, di successo per verità non memorabile per nessuna delle parti. Il dì seguente allo spuntare del giorno si mostraron tutti in

arme alla distanza di circa un miglio dal campo Romano, e pronti a combattere. Eran nel centro gli Ausetani; gl' Ilergeti tenevano l'ala destra; la sinistra altri popoli della Spagna men noti. Tra le ale ed il centro avean lasciato degli spazj larghi abbastanza, pe' quali, quando fosse il tempo, scagliar fuori la cavalleria. Ed i Romani ordinato alla lor foggia l'esercito, in questo solo imitarono i nemici, che lasciaron essi pure tra le legioni degli spazj aperti alla cavalleria. Se non che Lentulo giudicando, che quella parte trarrebbe partito dalla cavalleria, che avesse la prima scagliata la sua negl' intervalli lasciati dal nemico tra schiera e schiera, ordina a Servio Cornelio, tribuno de' soldati, che cacci i cavalli per entro a quelle vie aperte tra le schiere nemiche; egli, messosi a combattere non troppo felicemente colla fanteria, solo indugiando insino a tanto, che condusse la terza decima legione dalla retroguardia su la prima fronte a rinforzare la duodecima, che cedeva, la quale era collocata nell'ala sinistra contro gli Illergeti poi che fu quivi pareggiata la battaglia, viene a Lucio Manlio, che su le prime file incoraggiava i suoi, e menava soccorsi ne' luoghi, dove occorreva; gli fa sapere, che alla

structique omnes mille ferme passus procul a castris Romanis aciem ostendère. Medii Ausetani erant: cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles tenebant Hispani populi. Inter cornua et mediam aciem intervalla patentia satis late fecerant; qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani, more suo exercitum quum instruxissent, id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias. Ceterum Lentulus, ei parti usum equitis fore ratus, quae prior in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisisset, Ser. Cornelio tribuno militum imperat, equites per patentes in hostium acie vias permittere equos jubeat: ipse, coepta parum prospere pedestri pugna, tantum moratus, dum cedenti duodecimae legioni, quae in laevo cornu adversus Ilergetes locata erat, tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum ducit; postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium, inter prima signa hortantem, ac subsidia, quibus res postulabat locis, inducentem, venit. in-

dicat tuta ab laevo cornu esse : jam missum ab se Cornelium Servium procella equestri hostes circumfusurum. Vix haec dicta dederat, quum Romani equites, in medios invecti hostes, simul pedestres acies turbarunt, simul equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt. Itaque, omissa pugna equestri, ad pedestrem Hispani descenderunt. Romani imperatores, ut turbatos hostium ordines, et trepidationem pavoremque, et fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant milites, *ut perculsos invadant, neu restitui aciem patiantur.* non sustinuissent tam infestum inpetum barbari, ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes degressis ante prima signa peditum se objecisset. Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit. tandem postquam ii, qui circa regem, seminecem restantem, deinde pilo terrae adfixum, pugnabant, obruti telis obcubuerunt, tum fuga passim coepta, pluresque caesi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat, et quia perculis acriter institerunt Romani. nec ante ab-

sinistra tutto è sicuro, e che avea già spedito Cornelio Servio ad avviluppare quasi con procella equestre i nemici. Appena avea detto questo, che i cavalieri Romani, gettatisi nel folto de' nemici, ad un tempo stesso e ne scompigliarono i fanti, e chiusero agli Spagnuoli la via di mandar fuori i lor cavalli. Quindi gli Spagnuoli, lasciato il combattere a cavallo, posero piede a terra. I comandanti Romani, come viddero sgominati gli ordini de' nemici, la confusione, la paura, e le bandiere qua e là a caso fluttuanti, esortano, pregano i soldati, *che diano addosso al nemico spaventato, nè gli permettano di riordinarsi;* nè avrebbono sostenuto i barbari sì fiero impeto, se lo stesso lor capo Indibile, co' cavalieri scesi a terra non si fosse fatto innanzi in su la prima testa della fanteria. Quivi la zuffa durò alquanto tempo ferocissima. Finalmente poi che quelli, che combattevano intorno ad Indibile, già mezzo morto, poi con una lancia confitto in terra, caddero sotto un nembo di giavellotti, allora si cominciò a fuggire da ogni parte; e se ne fece grande strage, perchè i cavalieri non aveano avuto tempo di risalire a cavallo, e perchè i Romani, scompigliatili, furon loro addosso rabbiosamente. Nè prima

cessarono, se non ebbero anche presi gli alloggiamenti nemici. Tredici mila Spagnuoli furon tagliati a pezzi in quel giorno, e da ottocento presi; de' Romani, e degli alleati poco più di dugento, massimamente dell'ala destra. Gli Spagnuoli, sì quegli scacciati dal loro campo, che quelli ch' eran fuggiti dalla battaglia, dispersi dapprima per le campagne, indi si rimisero ciascuno nelle sue terre.

III. Allora, chiamati a consiglio da Mandonio, e quivi dolutisi della loro sconfitta, rimbrottati gli autori della guerra, deliberarono, che si mandassero ambasciatori a consegnare le armi, ed arrendersi. A' quali, riversando essi la colpa sopra Indibile, autore della guerra, e sopra gli altri capi, che la più parte eran periti sul campo, e dicendosi venuti a consegnare le armi, e darsi in balìa de' Romani, fu risposto: *accettarsi la lor dedizione, se avessero consegnati vivi Mandonio, e gli altri suscitatori della guerra; se no, tratto avrebbero gli eserciti su le terre degli Ilergeti, e degli Ausetani, e di mano in mano su quelle degli altri popoli.* Questa fu la risposta data ai legati, e riportata all' assemblea. Quivi Mandonio, e gli altri capi son presi, e mandati al supplizio. La pace fu

scessum est, quam castris quoque exuerunt hostem. Tredecim millia Hispanorum caesa eo die, octingenti ferme capti. Romanorum sociorumque paullo amplius ducenti, maxime in laevo cornu, ceciderunt. Pulsi castris Hispani aut qui ex proelio effugerant, sparsi primo per agros, deinde in suas quisque civitates redierunt.

III. Tum a Mandonio evocati in concilium, conquestique ibi clades suas, increpitis auctoribus belli, legatos mittendos ad arma tradenda deditionemque faciendam censuerunt. Quibus, culpam in auctorem belli Indibilem, ceterosque principes, quorum plerique in acie cecidissent, conferentibus, tradentibusque arma, et dedentibus sese, responsum est: *In deditionem ita accipi eos, si Mandonium ceterosque belli concitores tradidissent vivos: sin minus, exercitus se in agrum Ilergetum Ausetanorumque, et deinceps aliorum populorum ducturos.* Haec dicta legatis, renunciataque in concilium. Ibi Mandonius ceterique principes comprehensi et traditi ad supplicium. Hispaniae populis

reddita pax: stipendium ejus anni duplex et frumentum sex mensium imperatum, sagaque et togae exercitui, et obsides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hispaniae rebellantis tumultu, haud magno motu, intra paucos dies concito et compresso, in Africam omnis terror versus. C. Laelius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset, luce prima ad populandum agrum sub signis milites sociosque navales duxit. Omnibus, pacis modo incuriose agentibus, magna clades inlata: nunciique trepidi Karthaginem terrore ingenti complevere, classem Romanam Scipionemque imperatorem (et fama fuerat jam in Siciliam transgressum) advenisse. Nec quot naves vidissent, nec quanta manus agros popularetur, satis gnari, omnia in majus, metu augente, accipiebant. itaque primo terror pavorque, dein moestitia animos incessit: *tantum fortunam mutasse, ut, qui modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent victores, stratisque tot hostium exercitibus, omnes Italiae populos aut vi aut voluntate in deditionem acce-*

renduta ai popoli della Spagna; s'impose loro per quell' anno doppio stipendio, frumento per sei mesi, toghe e saj per l'esercito; e si presero ostaggi quasi da trenta popoli. Così essendosi eccitato nella Spagna, e in pochi dì con non grande pena compresso un movimento di ribellione, tutto il terror della guerra fu volto contro l'Africa. Cajo Lelio, accostatosi di notte a Ippone Regio, mandò sul far del giorno con le bandiere i soldati e le ciurme navali a saccheggiar la campagna. Si fe gran guasto da per tutto, standosi coloro sbadati, quasi in tempo di pace, e alquanti sbigottiti messi empieron Cartagine d'immenso spavento, annunziando la venuta della flotta Romana, e del comandante Scipione (e già si sapeva, ch'era passato in Sicilia) nè certi abbastanza, quante navi avessero vedute, nè quanta gente devastasse la campagna, il timore esagerando ogni cosa, si facevan tutto più che non era. Dapprima pertanto la paura, e lo spavento, poi venne a colpirli un senso di tristezza: *tanto essersi mutata la fortuna, che que' medesimi, i quali avean poc' anzi portate le lor bandiere sotto le mura di Roma, e, distrutti tanti eserciti nemici, s'erano vincitori insignoriti o a patti, o per forza*

*di tutti i popoli d' Italia, quegli stessi, cangiata la sorte dell' armi, abbian ora a vedere saccheggiarsi l' Africa, ed assediarsi Cartagine, non però avendo, a sostener cotali sciagure, le forze ch' ebbero i Romani. Ad essi diede giovani la plebe di Roma, giovani il Lazio, sempre più crescenti in numero, ed in vigore in luogo degli eserciti disfatti. La plebe Cartaginese essere imbelle nelle città, imbelle nelle campagne; trarsi soldati mercenarj dagli Africani, gente ad ogni aura di speranza mobile ed infida. Quanto ai re, già Siface, poi che abboccossi con Scipione, s' era alienato da Cartagine; Masinissa con aperta ribellione n' era divenuto fiero nemico. Non esservi da nessuna parte speranza, non ajuto. Nè riuscire a Magone di destar movimenti nella Gallia, nè di unirsi con Annibale; ad Annibale stesso già venir meno la fama, e le forze.*

IV. Trascorsi gli animi per le recenti notizie a sì miserabili compianti, nuovo terrore urgente richiamolli a consultare in qual modo si potesse far fronte all' imminente pericolo. Piace, che si facciano in fretta leve nella città e nel contado; che si mandi ad assoldar gente nell' Africa; che si fortifichi la città, e si pro-

*pissent; ii, verso Marte, Africae populationes et obsidionem Karthaginis visuri forent, nequaquam pari ad patienda ea robore, ac Romani fuissent. Illis Romanam plebem, illis Latium juventutem praebuisse; majorem semper frequentioremque pro tot caesis exercitibus subolescentem. Suam plebem inbellem in urbe, inbellem in agris esse. mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida. Jam reges, Syphacem post conloquium cum Scipione alienatum; Masinissam aperta defectione infestissimum hostem. nihil usquam spei, nihil auxilii esse. Nec Magonem ex Gallia movere tumultus quidquam, nec conjungere sese Hannibali: et Hannibalem ipsum jam et fama senescere, et viribus.*

IV. In haec deflenda prolapsos ab recenti nuncio animos rursus terror instans revocavit ad consultandum, quonam modo obviam praesentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agrisque haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia, munire urbem, fru-

mentum convehere, tela, arma parare, instruere naves ac mittere ad Hipponem adversus Romanam classem. Jam haec agentibus nuncius tandem venit, Laelium, non Scipionem, copiasque, quantae ad incursiones agrorum satis sint, transvectas; summae belli molem adhuc in Sicilia esse. Ita respiratum, mittique ad Syphacem legationes, aliosque regulos, firmandae societatis caussa, coeptae. Ad Philippum quoque missi, qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam aut in Italiam trajiceret. Missi et ad duos imperatores in Italiam, ut omni terrore Scipionem retinerent: ad Magonem non legati modo, sed viginti quinque naves longae, sex millia peditum, octingenti equites, septem elephanti, ad hoc magna pecunia ad conducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romanam exercitum admoveret, conjungeretque se Hannibali. Haec Karthagine parabant agitabantque. Ad Laelium praedas ingentes ex agro inermi ac nudo praesidiis agentem Masinissa, fama Romanae classis excitus, cum equitibus paucis venit. Is *segniter rem agi ab Scipione* questus, *quod*

vegga di grano; si approntin arme e giavellotti; si forniscan le navi, e si spediscano ad Ippone contro la flotta Romana. Mentre attendono a questo, giunge finalmente un messo colla notizia, ch' era passato in Africa Lelio, non Scipione, e solamente tante genti, quante bastassero a scorrere il paese; e che il grosso delle forze nemiche si trovava ancora in Sicilia. Quindi si respirò; e si cominciò a spedire ambascerie a Siface, e agli altri principi a stringere alleanze. Si mandò pure chi promettesse a Filippo dugento talenti d' argento, acciocchè passasse o in Sicilia, o in Italia. Mandaron pure in Italia ai due comandanti, che cercassero con ogni sorta di terrore di ritenere Scipione; e a Magone non solamente de' messi, ma venticinque galee, sei mila fanti, ottocento cavalli, sette elefanti; e inoltre gran somma di danaro per condur gente, con che rinforzato menasse l' esercito più presso a Roma, e si unisse ad Annibale. Tali erano a Cartagine gli allestimenti, le cure. Masinissa, mosso dalla fama della flotta Romana, venne con pochi cavalli a Lelio, che menava gran prede da un paese disarmato, e nudo di difesa. Si dolse, *che Scipione andasse a rilento,*

*nè avesse allora allora tragittato l' esercito in Africa, mentre erano i Cartaginesi sbigottiti, e Siface, impedito dalle guerre coi confinanti, pendeva incerto; il quale, se gli si dia tempo di acconciar, come vuole, le cose sue, non tratterebbe di buona fede coi Romani. Esortasse, e stimolasse Scipione a non tardare più oltre. Quantunque ei fosse scacciato dal regno suo, verrebbe con forze non ispregevoli d' uomini e di cavalli. Nè egli Lelio dovea fermarsi in Africa; che credeva partita una flotta da Cartagine, colla quale, in assenza di Scipione, non istimava cosa sicura l' affrontarsi.*

V. Dopo ciò, licenziato Masinissa, Lelio il dì seguente sciolse da Ippone le navi cariche di preda, e tornato in Sicilia riferì a Scipione quanto gli avea commesso Masinissa. Quasi in que' giorni medesimi le navi, che si erano spedite da Cartagine a Magone, approdarono tra gli Albingauni Liguri, e Genova. In que' luoghi stessi per ventura Magone teneva la flotta; il quale, uditi i legati, che gli ordinavano di allestire il maggior esercito, che potesse, tenne subito una dieta di Galli e di Liguri (che ci era quivi gran moltitudine dell' una e dell' al-

*tum non jam exercitum in Africam trajecisse, perculsis Karthaginiensibus, Syphace inpedito finitimis bellis, quem incertum haerere; si spatium ad sua, ut velit, componenda detur, nihil sincera fide cum Romanis acturum. Hortaretur, ac stimularet Scipionem, ne cessaret. Se, quamquam regno pulsus esset, cum haud contemnendis copiis adfuturum peditum equitumque. Nec ipsi Laelio morandum in Africa esse. classem credere profectam a Karthagine, cum qua, absente Scipione, non satis tutum esse contrahi certamen.*

V. Ab hoc sermone dimisso Masinissa, Laelius postero die naves praeda onustas ab Hippone solvit, revectusque in Siciliam mandata Masinissae Scipioni exposuit. Eisdem ferme diebus naves, quae ab Karthagine ad Magonem missae erant, inter Albingaunos Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago tenebat classem: qui, legatorum auditis verbis, jubentium exercitus quam maximos comparare, extemplo Gallorum et Ligurum (namque utriusque gentis ingens ibi

multitudo erat) concilium habuit. *et missum se ad eos vindicandos in libertatem*, ait, *et, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo praesidia: sed, quantis viribus, quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potestate esse. Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse. satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio juncturum. multa millia ipsis etiam armanda esse, ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur.* Galli, *summam ad id suam voluntatem esse*, dicere: *sed, quum una castra Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in conspectu habeant, si palam fiat auxiliis adjutum ab sese Poenum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros. Ea ab Gallis desideraret, quibus occulte adjuvari posset. Liguribus, quod procul agro urbibusque eorum castra Romana sint, libera consilia esse. illos armare juventutem, et capessere pro parte bellum, aequum esse.* Ligures haud abnuere: tempus modo duorum mensium petere ad delectus habendos. Interim Mago milites, Gallis dimissis, clam per agros

tra nazione). *Egli era stato*, disse, *spedito per render loro la libertà, e come essi stessi vedevano, se gli mandavano ajuti da casa; ma stare in poter loro con quante forze, con che grosso esercito si avesse a far quella guerra. Eran due gli eserciti Romani, uno nella Gallia, l'altro nella Toscana; sapeva di certo, che Spurio Lugrezio si sarebbe unito con Marco Livio. Doveano armare essi pure più migliaja d'uomini per resistere a due comandanti, a due eserciti Romani.* I Galli dissero, *essere a ciò dispostissimi, ma che avendo uno de' campi Romani dentro i lor confini, l'altro quasi di fronte nel paese Toscano, se si faccia palese, che abbian dati soccorsi ai Cartaginesi, subito ambedue gli eserciti si sarebbero scagliati su le lor terre: chiegga ai Galli cose, colle quali possano ajutarlo nascostamente. Era libero ai Liguri qualunque partito, perchè gli accampamenti Romani eran discosti dalle città e terre loro; toccava ad essi armare la gioventù, e prender parte nella guerra.* Non negavano i Liguri; solamente chiedevano il tempo di due mesi a far le leve. Intanto Magone, licenziati i Galli, spedì occultamente per le terre loro a prezzolare soldati; e gli si mandavan an-

che dai Galli nascosamente vettovaglie d'ogni sorte. Marco Livio trasporta l'esercito dei voloni dall'Etruria nella Gallia, e unitosi con Lugrezio, se Magone dai Liguri si movesse inverso Roma, si apparecchia ad incontrarlo; e se il Cartaginese si tenga quieto in un angolo delle Alpi, egli pure si starebbe in quella posizione intorno a Rimini alla difesa dell'Italia.

VI. Dopo il ritorno di Cajo Lelio dall'Africa, mentr'era stimolato Scipione dalle esortazioni di Masinissa, e mentre i soldati, al mirare sì gran preda trarsi fuor dalle navi, fatta sulle terre nemiche, ardevan di voglia di passare subito colà, sopravvenne ad un maggiore un minor pensiero, quello di riavere la città di Locri, che al ribellarsi dell'Italia s'era pur essa volta alla parte dei Cartaginesi. La speranza, che riuscisse l'impresa, rifulse da piccolissima cosa. Si guerreggiava ne' Bruzj piuttosto a guisa di ladroneccio, che di giusta guerra; n'era nato il principio dai Numidi, e i Bruzj non tanto per essere in società coi Cartaginesi, quanto per indole lor propria, convenivano in quel costume. In fine anche i Romani, quasi per contagione, dilettandosi di rapina, faceano, per quanto era lor

eorum mercede conducere. commeatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallis populis mittebantur. M. Livius exercitum volonum ex Etruria in Galliam traducit: junctusque Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat: si Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat, et ipse in eadem regione circa Ariminum Italiae praesidio futurus.

VI. Post reditum ex Africa C. Laelii, et Scipione stimulato Masinissae adhortationibus, et militibus, praedam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri, accensis ad trajiciendum quam primum, intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quae sub defectionem Italiae desciverat et ipsa ad Poenos. Spes autem adfectandae ejus rei ex minima re adfulsit. Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, et Bruttiis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruentibus in eum morem. Postremo Romani quoque, jam contagione quadam rapto gaudentes,

quantum per duces licebat, excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi quidam urbem Locrenses circumventi, Rhegiumque abstracti fuerant. in eo captivorum numero fabri quidam fuere, adsueti forte apud Poenos mercede opus in arce Locrorum facere. Ii, cogniti ab Locrensium principibus, qui pulsi ab adversa factione, quae Hannibali Locros tradiderat, Rhegium se contulerant, quum cetera percunctantibus, (ut mos est, qui diu absunt) quae domi agerentur, exposuissent, spem fecerunt, si redemti ac remissi forent, arcem se iis traditurros. ibi se habitare, fidemque sibi rerum omnium inter Karthaginienses esse. Itaque, ut qui simul desiderio patriae angerentur, simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent, redemtis extemplo iis remissisque, quum ordinem agendae rei composuissent, signaque, quae procul edita observarent, ipsi ad Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exsulum erat, referentes ibi promissa captivorum, quum spem ab effectu haud abhorrentem consuli fecissent; tribuni militum cum iis M. Sergius et P. Matienus

conceduto dai comandanti, scorrerie su le terre del nemico. Aveano presi certi Locresi usciti dalla città, e tradottili a Reggio; tra' quali furonvi alcuni fabbri, soliti a caso lavorare nella rocca di Locri al soldo dei Cartaginesi. Riconosciuti da taluni de' principali Locresi, che scacciati dalla contraria fazione, che avea già dato Locri in mano ad Annibale, s'erano recati a Reggio, poi ch'ebbero risposto a chi li domandava, come andassero le cose a casa (il che suol farsi da chi n'è lontano da gran tempo), fecero nascere la speranza, che se fossero riscattati e rimandati consegnerebbon loro la rocca; perciocchè quivi aveano stanza, e i Cartaginesi si fidavano in loro d'ogni cosa. Pertanto que' Locresi, siccome li crucciava il desiderio della patria, e insieme la brama di vendicarsi de' loro nemici, tosto riscattati coloro, e poi ch'ebbero convenuto il modo di operare, e i segni, che avrebbon veduto di lontano, rimandatili a casa, andati a Siracusa a Scipione, presso il quale si stava una parte de' fuorusciti, gli riferiron le promesse de' prigioni, e trassero il console in isperanza, che la cosa riuscirebbe; onde furon mandati con essi Marco Sergio, e Publio Mazieno, tribuni de' soldati,

con ordine di condur seco da Reggio tre mila soldati alla volta di Locri; e fu scritto al propretore Quinto Pleminio, che attendesse all' impresa. Partitisi da Reggio, portando scale fabbricate alla misura dell' altezza della rocca, in su la mezza notte dal luogo, donde s' era convenuto, diedero il segno ai traditori della rocca. I quali, già pronti ed attenti, avendo essi pure già calate scale a quell' uopo, e ricevuti quelli, che da più parti salivano, innanzi che nascesse romore, diedero addosso alle guardie Cartaginesi, che, come nulla di ciò tementi, dormivano. Dapprima udissi il gemere dei moribondi; poi succedette la subita costernazione, e il tumulto di quei, che si destavano dal sonno, senza saperne la cagione; in fine la certezza della cosa, gli uni svegliando gli altri. E già ognuno gridava all' armi: *i nemici esser nella rocca: tagliarsi a pezzi le guardie;* e sarebbero stati oppressi i Romani, non punto pari di numero, se il grido levato da quelli, ch' erano fuor della rocca, non avesse reduto incerto, donde venisse, accrescendo il tumulto notturno ogni più vano spavento. Quindi atterriti i Cartaginesi, quasi la rocca fosse piena di nemici, lasciato il combattere, rifuggono nel-

missi, jussique ab Rhegio tria millia militum Locros ducere: et Q. Pleminio propraetori scriptum, ut rei agendae adesset. Profecti ab Rhegio, scalas ad editam altitudinem arcis fabricatas portantes, media ferine nocte ex eo loco, unde convenerat, signum dedere proditoribus arcis. qui parati intentique, et ipsi scalas ad id ipsum factas cum demisissent, pluribusque simul locis scandentes accepissent, priusquam clamor oriretur, in vigiles Poenorum, ut in nullo tali metu, sopitos inpetus est factus. quorum gemitus primo morientium exauditus; deinde subita consternatio ex somno et tumultus, quum caussa ignoraretur; postremo certior res, aliis excitantibus alios. jamque *ad arma* pro se quisque vocabat: *hostes in arce esse, et caedi vigiles.* obpressique forent Romani, nequaquam numero pares, ni clamor, ab iis, qui extra arcem erant, sublatus, incertum, unde accidisset, (omnia vana augente nocturno tumultu) fecisset. Itaque velut plena jam hostium arce territi Poeni, omisso certami-

ne, in alteram arcem (duae sunt haud multum inter se distantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant, victoribus praemium in medio positam. Ex arcibus duabus proeliis quotidie levibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Hamilcar Punico praesidio praeerat: arcessentes ex propinquis locis subsidia copias augebant. Ipse postremo veniebat Hannibal. nec sustinuissent Romani, nisi Locrensium multitudo, exacerbata superbia atque avaritia Poenorum, ad Romanos inclinasse.

VII. Scipioni ut nunciatum est, in majore discrimine Locris rem verti, ipsumque Hannibalem adventare; ne praesidium etiam periclitaretur, haud facili inde receptu, et ipse a Messana, L. Scipione fratre in praesidio ibi relicto, quum primum aestu fretum inclinatum est, naves mari secundo misit. Et Hannibal, a Butroto amni (haud procul is ab urbe Locris abest) nuncio praemisso, ut sui luce prima summa vi proelium cum Romanis ac Locrensibus consererent, dum ipse, aversis omnibus in eum tumultum, ab

l'altra rocca (ch'erano due non distanti molto tra loro). I terrazzani tenevano la città, posta in mezzo quasi premio di chi fosse vincitore. Ogni dì dalle due rocche si facean piccole scaramucce. Quinto Pleminio comandava i Romani, Amilcare il presidio Cartaginese; gli uni, e gli altri accrescevan le loro forze, chiamando ajuti da' luoghi vicini. Veniva in fine Annibale in persona; nè i Romani sostenuto avrebbono lo scontro, se la maggior parte dei Locresi, esacerbati dall' arroganza ed avarizia dei Cartaginesi, non si fosse piegata verso i Romani.

VII. Come fu recato a Scipione, che il travaglio a Locri si facea maggiore, e che vi veniva Annibale in persona, temendo che il presidio non corresse pericolo, per ciò che non gli era facile di là ritrarsi, esso pure da Messina, lasciato quivi a guardia il fratello Lucio Scipione, tosto che la marea si abbassò, mise alla vela con vento propizio. E Annibale, dal fiume Butroto (che non è discosto molto da Locri), mandato innanzi un messo con ordine a' suoi, che al primo albeggiare appiccassero gagliarda zuffa coi Romani e coi Locresi, mentre ch' egli, essendo tutti volti a quel tumulto, as-

salterebbe alle spalle la città colta alla sprovvista, com' ebbe trovata sul far del giorno cominciata la battaglia, nè volle chiudersi nella rocca per non impacciare colla calca l'angusto luogo, nè avea recate seco le scale da salir le mura. Ammontati i bagagli, mostrando le sue genti in ordinanza non lungi dalle mura, onde atterrire il nemico, mentre si apparecchian le scale, e quant' altro occorre a combattere la città, andava cavalcando intorno coi Numidi a vedere da qual parte la si potesse meglio assaltare. Avvicinatosi al muro, colpito a caso da uno scorpione quello che gli era presso, atterrito dal pericoloso accidente, fatto sonare a raccolta, si piantò in campo trincerato fuor di colpo di balestra. La flotta Romana da Messina si accostò a Locri, che avanzavano ancora alcune ore del giorno; sbarcaron tutti, e avanti il tramontare del sole entrarono in città. Il dì seguente i Cartaginesi dalla rocca cominciarono la pugna; e Annibale, allestite già le scale, e ogni altra cosa occorrente all' assalto, si facea sotto le mura; quando i Romani all' improvviso, spalancata la porta, si scaglian fuori addosso a lui, che tutt' altro temeva; ne ammazzano da dugento colti all' impensata; Annibale, come seppe

tergo urbem incautam adgrederetur, ubi luce coeptam invenit pugnam, ipse nec in arcem se includere, turba locum artum inpediturus, voluit; neque scalas, quibus scanderet muros, adtulerat. sarcinis in acervum conjectis, quum haud procul muris ad terrorem hostium aciem ostendisset, cum equitibus Numidis circumequitabat urbem, dum scalae, quaeque alia ad obpugnandum opus erant, parantur, ad visendum qua maxime parte adgrederetur. progressus ad murum, scorpione icto, qui proximus eum forte steterat, territus inde tam periculoso casu, receptui canere quum jussisset, castra procul ab ictu teli communiit. Classis Romana a Messana Locros, aliquot horis die superante, accessit: expositi omnes e navibus, et ante occasum solis urbem ingressi sunt. Postero die coepta ex arce a Poenis pugna: et Hannibal, jam scalis aliisque omnibus ad obpugnationem paratis, subibat muros: quum repente in eum, nihil minus quam tale quidquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani. ad ducentos inprovidos, quum invasissent, occidunt. ceteros Hannibal, ut consulem adesse

sensit, in castra recipit: nuncioque misso ad eos, qui in arce erant, ut sibimet ipsi consulerent, nocte motis castris abiit. Et qui in arce erant, igni injecto tectis, quae tenebant, ut is tumultus hostem moraretur, agmen suorum fugae simili cursu ante noctem adsecuti sunt.

VIII. Scipio, ut et arcem relictam ab hostibus et vacua vidit castra, vocatos ad concionem Locrenses graviter ob defectionem incusavit: de auctoribus supplicium sumsit, bonaque eorum alterius factionis principibus, ob egregiam fidem adversus Romanos, concessit. *Publice nec dare, nec eripere se quidquam Locrensibus,* dixit, *Romam mitterent legatos: quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros. Illud satis scire, etsi male de populo Romano meriti essent, in meliore statu sub iratis Romanis futuros, quam sub amicis Karthaginiensibus fuerint.* Ipse, Q. Pleminio legato praesidioque, quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus venerat copiis, Messanam trajecit. Ita superbe et crudeliter habiti Locren-

esserci il console, richiama gli altri negli alloggiamenti; e mandato a dire a quelli ch'eran nella rocca, che provveggano a se stessi, la notte levato il campo, se ne partì. Que' che stavano nella rocca, messo fuoco alle case, che occupavano, onde con questo tumulto tenere a bada i nemici, con corso a fuga simigliante, innanzi notte, raggiunsero l'esercito de' suoi.

VIII. Scipione, come vidde la rocca abbandonata dai nemici, e voti gli alloggiamenti, chiamati i Locresi a parlamento, li riprese aspramente della loro ribellione; punì di morte gli autori, e concedette i lor beni a' capi della contraria fazione per l'egregia lor fede verso i Romani. *Quanto al pubblico*, disse, *nè toglieva, nè dava nulla ai Locresi; mandassero ambasciatori a Roma; avrebbono quella fortuna, che paresse al senato convenevole. Questo ben ei sapeva, che quantunque avessero demeritato del popolo Romano, sarebbe stata migliore la lor condizione sotto i Romani corrucciati, che sotto i Cartaginesi amici.* Egli, lasciato il legato Quinto Pleminio, ed il presidio, che avea presa la rocca, alla difesa della città, passò a Messina colle medesime genti, con cui era venuto. I Locresi, da poi che s'erano staccati dai

Romani, erano stati trattati dai Cartaginesi con tanta arroganza e crudeltà, che potean soffrire le piccole vessazioni non solo pazientemente, ma eziandio quasi di buon grado. Se non che Pleminio superò di tanto nella scelleratezza ed avarizia Amilcare prefetto del presidio, e i soldati Romani quelli del presidio Cartaginese, che pareva gareggiassero, più che coll'armi, coi vizj. Niente di ciò, che rende odiosa al debole la grandezza del potente, fu ommesso a danno dei terrazzani dal comandante o dai soldati; furono crudelmente insultati nelle persone, ne' figliuoli, e nelle mogli. Perciocchè non si astenne l'avarizia dallo spogliare le cose sacre; nè solamente si violarono gli altri tempj, ma eziandio i tesori di Proserpina, rimasti intatti in ogni età; eccetto che dicevansi stati spogliati da Pirro, il quale, con solenne espiazione del sacrilegio, gli avea riportati. Adunque, siccome innanzi le regie navi squarciate dai naufragj, non altra cosa aveano salva posta in terra, fuor che il sacro tesoro della dea, che asportavano, così ora quello stesso danaro, con altro genere di calamità, mise il furore indosso a tutti quelli ch' eran contaminati da quella violazione del tempio, e volse con rabbia ostile il capitano

ses ab Karthaginiensibus post defectionem ab Romanis fuerant, ut modicas injurias non aequo modo animo pati, sed prope lubenti possent. verum enimvero tantum Pleminius Hamilcarem praesidii praefectum, tantum praesidiarii milites Romani Poenos scelere atque avaritia superaverunt, ut non armis, sed vitiis videretur certari. nihil omnium, quea inopi invisas opes potentioris faciunt, praetermissum in oppidanos est ab duce, aut a militibus: in corpore ipsorum, in liberos, in conjuges infandae contumeliae editae. Nam avaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit: nec alia modo templa violata, sed Proserpinae etiam, intacti omni aetate, thesauri; praeterquam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit, spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regiae naves, laceratae naufragiis, nihil in terram integri, praeter sacram pecuniam Deae, quam asportabant, extulerant; tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit, atque inter

se ducem in ducem, militem in militem rabie hostili vertit.

IX. Summae rei Pleminius praeerat: militum pars sub eo, quam ipse ab Rhegio abduxerat, pars sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiens, sequentibus quorum erat, obvius forte Sergio et Matieno tribunis militum fuit. cui quum jussu tribunorum ademtum poculum esset, jurgium inde et clamor, pugna postremo orta inter Pleminii milites, tribunorumque; ut suis quisque opportunus advenerat, multitudine simul ac tumultu crescente. Victi Pleminii milites quum ad Pleminium, cruorem ac vulnera ostentantes, non sine vociferatione atque indignatione concurrissent, probra in eum ipsum jactata in jurgiis referentes; accensus ira domo sese proripuit, vocatosque tribunos nudari, ac virgas expediri jubet. Dum spoliandis iis (repugnabant enim, militemque inplorabant) tempus teritur, repente milites, feroces recenti victoria, ex omnibus locis, velut adversus hostes ad arma con-

contro il capitano, il soldato contro il soldato.

IX. Era il poter sommo in mano di Pleminio, e la parte dei soldati, ch' egli avea condotto da Reggio, stava sotto di lui; l' altra parte sotto i tribuni. Uno de' soldati di Pleminio, avendo rubata una tazza d' argento dalla casa di un terrazzano, fuggendo inseguito da quelli, di cui ell' era, si abbattè a caso in Sergio, ed in Mazieno, tribuni de' soldati. Ed essendogli ritolta la tazza per comando dei tribuni, ne nacque altercazione e clamore, in fine azzuffamento tra i soldati di Pleminio, e quelli de' tribuni; via crescendo il numero ed il tumulto, secondo che ciascuno veniva a tempo in soccorso de' suoi. I soldati di Pleminio, rimasti vinti, essendo corsi a lui, mostrandogli, non senza grida, e voci piene di sdegno, il sangue e le ferite, e riportandogli le villanie nel calor della rissa lanciate contro lui stesso; egli, acceso d' ira, balza fuori di casa, e chiamati i tribuni, ordina che sieno spogliati, e che si approntin le verghe. Mentre si perde tempo nello spogliarli (che resistevano, e chiedevano ajuto a' soldati) questi in un subito, fieri per la recente vittoria, accorsero da ogni parte, come se si fosse

gridato all'armi contro il nemico. E vedendo i corpi dei tribuni già violati dalle verghe, allora sì, che da più forte rabbia subitamente accesi, senza rispetto non solamente alla maestà, ma nè anche alla umanità, malconci prima nel più indegno modo i littori, si scagliano addosso al legato, e lui stesso, strappato e separato da' suoi, lacerano barbaramente, e tagliatogli il naso, e gli orecchi, il lasciano semivivo. Recate queste nuove a Messina, Scipione, pochi giorni dopo passato a Locri su legno a sei remi, avendo udito la causa di Pleminio e dei tribuni, assolto Pleminio, e lasciatolo al comando di quel presidio, giudicati rei i tribuni, e messili in catene, acciocchè fossero mandati a Roma al senato, tornò a Messina, e di là a Siracusa. Pleminio, bollente di sdegno, parendogli che Scipione avesse trasandata e troppo leggermente trattata la fattagli offesa, e che non altri giudicar meglio potesse di quell' oltraggio che quegli, che ne avea sentita soffrendo l' atrocità, ordinò, che gli fosser tratti dinanzi i tribuni, e laceratili con quanti supplizj puo corpo umano sopportare, li mise a morte; nè soddisfatto di averli puniti vivi, gettolli insepolti alla campagna.

clamatum esset, concurrerunt. et, quum violata jam virgis corpora tribunorum vidissent, tum vero in multo inpotentiorem subito rabiem accensi, sine respectu, non majestatis modo, sed etiam humanitatis, in legatum inpetum, lictoribus prius indignum in modum mulcatis, faciunt. tum ipsum, ab suis interceptum et seclusum, hostiliter lacerant, et prope exanguem, naso auribusque mutilatis, relinquunt. His Messanam nunciatis, Scipio, post paucos dies Locros hexeri advectus, quum caussam Pleminii et tribunorum audisset, Pleminio noxa liberato, relictoque in ejusdem loci praesidio, tribunis sontibus judicatis, et in vincula conjectis, ut Romam ad senatum mitterentur, Messanam atque inde Syracusas rediit. Pleminius inpotens irae, neglectam ab Scipione et nimis leviter latam suam injuriam ratus, nec quemquam aestimare alium eam litem posse, nisi qui atrocitatem ejus patiendo sensisset, tribunos adtrahi ad se jussit; laceratosque omnibus, quae pati corpus ullum potest, suppliciis interfecit: nec satiatus vivorum poena, insepultos projecit.

Simili crudelitate et in Locrensium principes est usus, quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit. et, quae antea per libidinem atque avaritiam foeda exempla in socios ediderat, tunc ab ira multiplicia edere: infamiae atque invidiae non sibi modo, sed etiam imperatori, esse.

X. Jam comitiorum adpetebat tempus, quum P. Licinii consulis literae Romam adlatae, *se exercitumque suum gravi morbo adfectari: nec sisti potuisse, ni eadem vis mali, aut gravior etiam, in hostes ingruisset. Itaque, quoniam ipse venire ad comitia non posset, si ita Patribus videretur, se Q. Caecilium Metellum dictatorem comitiorum caussa dicturum: exercitum Q. Caecilii dimitti, e republica esse. Nam neque usum ejus ullum in praesentia esse, quum Hannibal jam in hiberna suos receperit; et tanta incesserit in ea castra vis morbi, ut, nisi mature dimittantur, nemo omnium superfuturus videatur.* ea consuli a Patribus facienda, ut e republica fideque sua duceret, permissa. Civitatem eo tempore repens reli-

Usò la stessa crudeltà contro i principali Locresi, che udì partiti per andarsi a dolere a Scipione; e quanti avea prima dati sozzi esempj di libidine, e di avarizia contro gli alleati, allora moltiplicolli per ira, e non solamente se, ma caricò d'odio e d'infamia il supremo comandante.

X. Avvicinavasi già il tempo de' comizj, quando recate furono a Roma lettere del console Publio Licinio, che avvisano *lui, e l'esercito suo essere travagliati da gran malattia; nè si sarebbe potuto resistere, se lo stesso male, ed anche più violento non avesse invaso anche i nemici. Pertanto giacchè egli non potea venire a Roma, se così paresse ai Padri, egli avrebbe nominato dittatore a tenere i comizj Quinto Cecilio Metello. Esser utile alla repubblica, che si licenzj l'esercito d'esso Metello, perciocchè non è in presente di nessun uso, avendo già Annibale ritratti i suoi ne' quartieri d'inverno; e sì fattamente imperversando il male in quel campo, che se non si licenziano a tempo, pare non averne a scampare nè pur uno.* Permisero i Padri al console ciò che stimava esser utile alla repubblica, e secondo la fede sua. La città in quel tempo era stata

di subito colpita da religioso pensiero, avendo trovato un carme ne' libri Sibillini, consultati per le pietre cadute dal cielo in quell' anno più frequentemente del solito. Dicevano: *qualora un nemico straniero avesse portata la guerra in Italia, si avrebbe potuto cacciarnelo, e vincere, se la Madre Idea fosse stata da Pessinunte tratta a Roma.* Questo carme trovato dai decemviri tanto più mosse i Padri, quanto che e i legati, che aveano portato il dono a Delfo, riferivano, che sacrificando essi ad Apolline Pizio, gli augurj si mostraron favorevoli; e che l'oracolo avea risposto, promettersi al popolo Romano vittoria molto maggiore di quella, dalle cui spoglie aveano fatto il dono, che gli recavano. A vie più crescere così fatta speranza aggiungevano l'animo di Scipione, che quasi presago di avere a terminar quella guerra, avea chiesta l'impresa dell' Africa. Quindi per conseguire più presto la vittoria annunziata dai destini, dagli augurj, e dagli oracoli, andavano pensando, qual fosse il modo di trasportare a Roma la dea.

XI. Non era ancora il popolo Romano collegato con alcuna città dell' Asia; nondimeno ricordevoli, che ne' tempi scorsi s'era fatto per la salute del popolo venir

gio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de coelo lapidatum inspectis. *Quandoque hostis alienigena terrae Italiae bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idaea a Pessinunte Romam advecta foret.* Id carmen ab decemviris inventum eo magis Patres movit, quod et legati, qui donum Delphos portaverant, referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse, et responsum oraculo editum, majorem multo victoriam, quam cujus ex spoliis dona portarent, adesse populo Romano. In ejusdem spei summam conferebant P. Scipionis velut praesagientem animum de fine belli, quod depoposcisset provinciam Africam. Itaque quo maturius fatis, ominibus, oraculisque portendentis sese victoriae compotes fierent, id cogitare, quae ratio transportandae Romam Deae esset.

XI. Nullasdum in Asia civitates socias habebat populus Romanus. tamen memores, Aesculapium quoque ex Graecia quondam,

hauddum ullo foedere sociata, valetudinis populi caussa arcessitum, et jam cum Attalo rege, propter commune adversus Philippum bellum, coeptam amicitiam esse, facturum eum, quae possit, populi Romani caussa, legatos ad eum decernunt, M. Valerium Laevinum, qui bis consul fuerat, ac res in Graecia gesserat, M. Caecilium Metellum praetorium, Ser. Sulpicium Galbam aedilitium, duos quaestorios, Cn. Tremellium Flaccum, et M. Valerium Faltonem. His quinque naves quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras, ad quas concilianda majestas nomini Romano esset, decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos quum escendissent, oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium domo missi essent, perficiendi ejus, quam sibi spem populoque Romano portenderet. Responsum esse ferunt, *Per Attalum regem compotes ejus fore, quod peterent. quum Romam Deam devexissent, tum curarent, ut eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio exciperet.* Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinun-

di Grecia, non ancora alleata, anche Esculapio, e che già si avea cominciato a tener amicizia col re Attalo per occasion della guerra sostenuta in comune contro Filippo, persuasi ch' egli avrebbe fatto quel che potesse per aggradire il popolo Romano, gli destinano ambasciatori Marco Valerio Levino, ch' era stato console due volte, ed avea guerreggiato in Grecia, Marco Cecilio Metello, stato pretore, Sergio Sulpicio Galba, stato edile, e Gneo Tremellio Flacco, e Marco Valerio Faltone, stati questori. Si assegnan loro cinque quinqueremi, acciocchè andassero con la dignità conveniente a que' paesi, dove bisognava acquistar credito al nome Romano. Gli ambasciatori, partiti alla volta dell'Asia, smontati essendo a Delfo, andarono a consultare l' oracolo, quale speranza desse loro ed al popolo Romano di condurre ad effetto quello, per lo che partiti erano di casa. Dicono, che loro fosse risposto: *Otterrebbero per opera del re Attalo quello, che bramavano. Quando avessero condotta a Roma la dea, facessero, che le desse ricetto in sua casa il miglior uomo, che fosse in Roma.* Giunsero a Pergamo al re. Egli, accolti benignamente gli ambasciatori, li condusse a Pessinunte nella

Frigia; e consegnò loro la sacra pietra, che gli abitanti dicevan essere la madre degli dei, perchè la portassero a Roma. Mandato innanzi dagli altri ambasciatori Marco Valerio Faltone, annunziò, che la dea veniva; doversi cercare l'uomo, che fosse il migliore di Roma, il quale solennemente la ricevesse in propria casa. Quinto Cecilio Metello fu nominato dal console ne' Bruzj dittatore a tenere i comizj, ed il suo esercito fu licenziato; il maestro de' cavalieri fu Lucio Veturio Filone. Il dittatore tenne i comizj. Furono fatti consoli Marco Cornelio Cetego, e Publio Sempronio Tuditano, assente, perchè andato al suo governo nella Grecia. Indi si crearono pretori Tito Claudio Nerone, Marco Marcio Ralla, Lucio Scribonio Libone, e Marco Pomponio Matone. Terminati i comizj, il dittatore depose la carica. I Giuochi Romani furon tre volte rinovati, sette i plebei. Erano curuli edili i due Cornelj Lentuli Gneo, e Lucio. Lucio aveva il comando della Spagna; creato assente ritenne assente quell'onore. Gli edili plebei furono Tiberio Claudio Asello, e Marco Giunio Penno. In quell'anno Marco Marcello dedicò il tempio della Virtù presso la porta Capena, diciassett'anni da poi che suo padre

tem in Phrygiam deduxit: sacrumque iis lapidem, quam matrem Deûm esse incolae dicebant, tradidit, ac deportare Romam jussit. Praemissus ab legatis M. Valerius Falto nunciavit, Deam adportari. querendum virum optimum in civitate esse, qui eam rite hospitio exciperet. Q. Caecilius Metellus dictator ab consule in Bruttiis comitiorum caussa dictus, exercitusque ejus dimissus: magister equitum L. Veturius Philo. Comitia per dictatorem habita. Consules facti M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus absens, quum provinciam Graeciam haberet. Praetores inde creati, Ti. Claudius Nero, M. Marcius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitiis peractis, dictator sese magistratu abdicavit. Ludi Romani ter, plebeji septies instaurati. Curules erant aediles Cn. et L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam provinciam habebat: absens creatus, absens eum honorem gessit. Ti. Claudius Asellus et M. Junius Pennus plebeji aediles fuerunt. Aedem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicavit, septimodecimo anno postquam a patre

ejus primo consulatu vota in Gallia ad Clastidium fuerat. Et flamen Martialis eo anno est mortuus M. Aemilius Regillus.

XII. Neglectae eo biennio res in Graecia erant. itaque Philippus Aetolos, desertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio, quibus voluit conditionibus, ad petendam et paciscendam subegit pacem. quod nisi omni vi perficere maturasset, bellantem eum cum Aetolis P. Sempronius proconsul, successor imperii missus Sulpicio, cum decem millibus peditum, et mille equitibus, et triginta quinque rostratis navibus (haud parvum momentum ad opem ferendam sociis) obpressisset. Vixdum pace facta, nuncius regi venit, Romanos Dyrrachium venisse: Parthinosque et propinquas alias gentes motas esse ad spem novandi res: Dimallumque obpugnari. Eo se verterant Romani ab Aetolorum, quo missi erant, auxilio, irati, quod sine auctoritate sua adversus foedus cum rege pacem fecissent. Ea quum audisset Philippus, ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit; quo Sempro-

nel suo primo consolato ne avea fatto il voto nella Gallia presso Clastidio. In quell' anno pure Marco Emilio Regillo, sacerdote di Marte, morì.

XII. Le cose nella Grecia erano state in questi due anni trascurate. Quindi Filippo costrinse gli Etoli, abbandonati dai Romani, solo ajuto in cui fidavano, a chiedere e pattuire la pace alle condizioni, che volle. Il che se non si fosse egli grandemente affrettato di conchiudere, trovatolo in guerra cogli Etoli, l'avrebbe certo il proconsole Publio Sempronio, mandato successore a Sulpicio, oppresso con dieci mila fanti, mille cavalli, e trentacinque navi rostrate, forze di non piccolo momento a soccorrere gli alleati. Appena fatta la pace, giunse avviso al re, che i Romani eran venuti a Durazzo; che i Partini, ed altri vicini paesi s' eran sollevati per isperanza di novità, e che si battèva Dimallo. S' eran colà rivolti i Romani, sdegnati, che gli Etoli, al cui soccorso erano stati mandati, avessero invece senza il loro assentimento contro i patti segnata la pace col re. Filippo, udito ciò, temendo, che non nascesse maggior sommossa ne' paesi e popoli d' intorno, si recò a gran giornate ad Apollonia, dove Sempronio s' era

ritratto, avendo spedito il legato Letorio nell' Etolia con parte delle genti, e con quindici navi a esaminare le cose, e se potesse, a scompigliare la pace. Filippo diede il guasto alle terre degli Apolloniati, e avvicinato l' esercito alla città, offrì al Romano la battaglia. Ma poi che il vide quieto badare solamente alla difesa delle mura, nè stimandosi forte abbastanza per combattere la città, e bramando, siccome cogli Etoli, la pace ancora, se potesse, coi Romani, se no, almeno una tregua, senza irritare gli odj più oltre con nuove pugne, tornò al suo regno. In quel tempo medesimo gli Epiroti, attediati della lunga guerra, saggiata prima la volontà dei Romani, mandarono ambasciatori a trattar con Filippo della pace comune; aver essi assai speranza di conchiuderla, se venisse ad abboccarsi con Publio Sempronio comandante Romano. Si ottenne facilmente ( che non n' era gran fatto alieno l' animo dello stesso re ) ch' egli passasse in Epiro. È città dell' Epiro Fenice; quivi prima abboccatosi il re con Aeropo, e Darda, e Filippo pretori degli Epiroti, poscia conferì con Publio Sempronio. Assistettero al colloquio e Aminandro re degli Atamani, e

nius se receperat, misso Laetorio legato cum parte copiarum et quindecim navibus in Aetoliam, et ad visendas res, pacemque, si posset, turbandam. Philippus agros Apolloniatium vastavit, et, ad urbem admotis copiis, potestatem pugnae Romano fecit. quem postquam quietum muros tantummodo tueri vidit, nec satis fidens viribus, ut urbem obpugnaret, et cum Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset, sin minus, inducias facere, nihil ultra irritatis novo certamine odiis, in regnum se recepit. Per idem tempus, taedio diutini belli, Epirotae, tentata prius Romanorum voluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere; satis confidere, conventuram eam, adfirmantes, si ad conloquium cum P. Sempronio imperatore Romano venisset. Facile impetratum, (neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus) ut in Epirum transiret. Phoenice urbs est Epiri: ibi prius conlocutus rex cum Aëropo, et Darda, et Philippo Epirotarum praetoribus, postea cum P. Sempronio congreditur. Adfuit conloquio et Amynander Athamanum

rex,et magistratus alii Epirotarum et Acarnanum. Primus Philippus praetor verba fecit, et petiit simul ab rege et ab imperatore Romano, ut finem belli facerent, darentque eam Epirotis veniam. P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium Romanorum essent. Atintania, si, missis Romam legatis, ab senatu impetrasset, Macedoni accederet. In eas conditiones quum pax conveniret, ab rege foederi adscripti, Prusia Bithyniae rex, Achaei, Boeoti, Thessali, Acarnanes, Epirotae: ab Romanis, Ilienses, Attalus rex, Pleuratus, Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, Elei, Messenii, Athenienses. Haec conscripta consignataque sunt, et in duos menses induciae factae, donec Romam mitterentur legati, ut populus in has conditiones pacem juberet. jusseruntque omnes tribus: quia, verso in Africam bello, omnibus aliis in praesentia levari volebant bellis. P. Sempronius, pace facta, ad consulatum Romam decessit.

XIII. P. Sempronio, M. Cornelio consulibus (quintusdecimus is annus Punici belli

gli altri magistrati degli Epiroti, e degli Acarnani. Primo a parlare fu il pretore Filippo, e ad un tempo chiese al re e al comandante Romano, che mettessero fine alla guerra, e questo concedessero agli Epiroti. Publio Sempronio chiese per condizioni della pace, che i Partini, e Dimallo, e Bargulo, ed Eugenio fossero de' Romani; l' Atintania, se mandati de' legati a Roma, il senato acconsentisse, fosse del Macedone. Convenuta a questi patti la pace, furono dal re associati alla stessa Prusia re della Bitinia, gli Achei, i Beozj, i Tessali, gli Acarnani, gli Epiroti; e dai Romani gl' Iliesi, e il re Attalo, Pleurato, Nabide tiranno de' Lacedemoni, gli Elei, i Messenj, e gli Ateniesi. Queste furono le condizioni scritte, e segnate; e si fe una tregua di due mesi sino a che si mandasse a Roma, onde il popolo assentisse a questi patti; e tutte le tribù assentirono, perchè, volta essendo la guerra in Africa, volevano in presente scaricarsi d' ogni altra. Publio Sempronio, fatta la pace, partì alla volta di Roma a esercitare il consolato.

XIII. Ai consoli Publio Sempronio e Marco Cornelio (era questo l' anno decimo

quinto della guerra Cartaginese) furono decretate le provincie; toccò a Cornelio la Toscana col vecchio esercito, ebbe Sempronio i Bruzj, con che pero levasse nuove legioni. A Marco Marcio toccò la pretura urbana, a Lucio Scribonio Libone la forestiera, ed allo stesso la Gallia; a Marco Pomponio Matone la Sicilia, a Tito Claudio Nerone la Sardegna. Si prorogò il comando a Publio Scipione per un anno con quell'esercito, e con quella flotta, che aveva; e così a Publio Licinio, perchè si rimanesse ne' Bruzj con due legioni sino a tanto, che il console stimasse utile alla repubblica, ch'ei durasse in quel comando. Fu anche prorogato a Marco Livio, e a Spurio Lugrezio con le due legioni, colle quali avea protetta la Gallia contro Magone. E parimenti a Gneo Ottavio, acciocchè, poi che avesse consegnata la Sardegna, e la legione a Tito Claudio, egli con quaranta galee guardasse la costa marittima dentro i limiti, che il senato stimasse. A Marco Pomponio, pretore nella Sicilia, si decretarono due legioni dell'esercito di Canne; i propretori Tito Quinzio, e Cajo Ostilio Tubulo tenessero, quegli Taranto, questi Capua, come l'anno innanzi, l'uno e l'altro col vecchio presidio. Fu proposto all'assemblea del popolo,

erat) provinciae, Cornelio Etruria cum vetere exercitu, Sempronio Bruttii, ut novas scriberet legiones, decretae. Praetoribus, M. Marcio urbana, L. Scribonio Liboni peregrina, et eidem Gallia, M. Pomponio Mathoni Sicilia, Ti. Claudio Neroni Sardinia evenit. P. Scipioni cum eo exercitu, cum ea classe, quam habebat, prorogatum in annum imperium est. item P. Licinio, ut Bruttios cum duabus legionibus obtineret, quoad eum in provincia cum imperio morari consuli e republica visum esset. Et M. Livio, et Sp. Lucretio, cum binis legionibus, quibus adversus Magonem Galliae praesidio fuissent, prorogatum imperium est. Et Cn. Octavio, ut, cum Sardiniam legionemque Ti. Claudio tradidisset, ipse navibus longis quadraginta maritimam oram, quibus finibus senatus censuisset, tutaretur. M. Pomponio praetori in Sicilia Cannensis exercitus duae legiones decretae. T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam, propraetores, sicut priore anno, cum vetere uterque praesidio, obtinerent. De Hispaniae imperio, quos in eam provinciam duos

proconsules mitti placeret, latum ad populum est. Omnes tribus eosdem, L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Acidinum, proconsules, sicut priore anno tenuissent, obtinere eas provincias jusserunt. Consules delectum habere instituerunt, et ad novas scribendas in Bruttios legiones, et in ceterorum (ita enim jussi ab senatu erant) exercituum supplementum.

XIV. Quamquam nondum aperte Africa provincia decreta erat, (occultantibus id, credo, Patribus, ne praesciscerent Karthaginienses) tamen in eam spem erecta civitas erat, in Africa eo anno debellatum iri, finemque bello Punico adesse. Impleverat ea res superstitionum animos, pronique et ad nuncianda, et ad credenda prodigia erant: eo plura vulgabantur. *Duos soles visos, et nocte interluxisse: et facem Setiae ab ortu solis ad occidentem porrigi visam. Tarracinae portam, Anagniae et portam et multis locis murum de coelo tactum. In aede Junonis Sospitae Lanuvii cum horrendo fragore strepitum editum.* Eorum procurandorum caussa diem unum supplicatio fuit: et

quanto alla Spagna, quali due proconsoli volesse, che si mandassero colà. Tutte le tribù ordinarono, che ci restassero, come l'anno innanzi, i proconsoli Cornelio Lentulo, e Lucio Manlio Acidino. I consoli cominciarono a far le leve, e ad arrolare nuove legioni da mandarsi ne' Bruzj, e per compiere (come il senato avea loro commesso) gli altri eserciti.

XIV. Benchè l'impresa dell'Africa non fosse stata ancora apertamente decretata (occultando, credo, i Padri la cosa, perchè i Cartaginesi non ne avessero sentore) nondimeno la città si era levata alla speranza, che in quell'anno in Africa si poserebbon l'armi, e che vicino fosse il fine della guerra Cartaginese. Questo pensiero avea riempiuti gli animi di superstizione, ed erano inclinati ad annunziare e a dar credenza ai prodigj; e quindi più se ne spacciavano. *S'eran veduti due soli; un gran chiarore di notte; a Sezia una facella s'era distesa da levante a ponente; a Tarracina la porta, ad Anagnia e la porta e il muro in parecchi luoghi erano stati percossi da fulmini; nel tempio di Giunone Sospita a Lanuvio s'era udito uno strepito con orrendo fragore.* Ad espiare questi prodigj vi furono preci pubbliche per un gior-

no; e si fecero sagrifizj per nove giorni, perch'eran piovute pietre dal cielo. Si aggiunse a questo la consulta pel ricevimento della Madre Idea, la quale, oltre che Marco Valerio, uno de' legati spedito innanzi, avea riferito, ch' ella sarebbe di giorno in giorno in Italia, un recente messo annunziava, ch' era già in Terracina. Non era piccolo pensiero al senato il giudicare qual fosse il miglior uomo di tutta Roma. Certo ognuno avrebbe preferito di restar vincitore in quella gara a qual siasi altra carica od onore, che gli avessero i Padri, o la plebe impartito. Giudicarono pertanto, che Publio Scipione, figlio di quel Gneo, ch' era perito nella Spagna, giovanetto non ancora in età d'esser questore, fosse tra' buoni il migliore di tutta la città. Da quali virtù indotti abbiano i Padri così giudicato, siccome amerei di tramandarlo ai posteri, se scrittori vicini a que' tempi ce l' avessero lasciato scritto, così non interporrò il parer mio, usando di congetture in cosa sepolta nell'antichità. Publio Cornelio ebbe ordine di recarsi con tutte le matrone ad Ostia ad incontrare la Dea, e riceverla dalla nave, e scesa a terra darla a portare alle matrone. Poi che fu giunta la nave alla bocca del Tevere,

novemdiale sacrum, quod de coelo lapidatum esset, factum. Eo accessit consultatio de matre Idaea accipienda, quam praeterquam quod M. Valerius, unus ex legatis praegressus, actutum in Italia fore nunciaverat, recens nuncius aderat, Tarracinae jam esse. Haud parvae rei judicium senatum tenebat, qui vir optimus in civitate esset. Veram certe victoriam ejus rei sibi quisque mallet, quam ulla imperia honoresve, suffragio seu Patrum, seu plebis delatos. P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat, adolescentem nondum quaestorium, judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse. id quibus virtutibus inducti ita judicarint, sicut proditum a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem; ita meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deae, isque eam de nave accipere, et in terram elatam tradere ferendam matronis. Postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit, sicut erat

jussus, in salum nave evectus, ab sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere: cui dubia (ut traditur) antea fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Eae per manus, succedentes deinceps aliae aliis, omni effusa civitate obviam, thuribulis ante januas positis, qua praeferebatur, atque accenso thure, precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret, in aedem Victoriae, quae est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit. populus frequens dona Deae in Palatium tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia adpellata.

XV. Quum de supplemento legionum, quae in provinciis erant, ageretur; *tempus esse,* a quibusdam senatoribus subjectum est, *quae dubiis in rebus utcumque tolerata essent, ea, demto jam tandem Deûm benignitate metu, non ultra pati.* Erectis exspectatione Patribus, subjecerunt: *colonias*

entrato in mare con una barca, come gli era stato commesso, ricevette la Dea dalle mani dei sacerdoti, e portolla a terra. Le principali matrone di Roma la ricevettero, tra le quali non si sa d'altre il nome, che di Claudia Quinta, la cui pudicizia, di dubbia fama per l'innanzi, come si scrive, fessi più chiara ai posteri per sì religioso ministero. Esse da mano a mano, le une alle altre succedendo, vedendosi corsa incontro tutta la città, posti turriboli, ed ardere incensi dinanzi alle porte sulle vie, dove passava, ciascuno pregando, che volonterosa e propizia entrasse in Roma, il dì duodecimo di Aprile portarono la Dea nel tempio della vittoria, ch' è sul monte Palatino; e quel dì fu di poi sempre festivo. Il popolo in gran folla recò doni alla Dea sul Palatino; e vi furono i sacri-letti, ed i Giuochi, che chiamarono Megalesi.

XV. Trattandosi in senato del supplemento delle legioni, ch'erano nelle provincie, *essere ormai tempo*, dissero alcuni senatori, *di non più oltre soffrire quello che s'era comunque sofferto ne' tempi pericolosi, essendo omai tolto per benignità degli dei ogni timore.* Levatisi in aspettazione i Padri, soggiunsero: *le*

*dodici colonie Latine, che avean ricusato di dar soldati ai consoli Quinto Fabio, e Quinto Fulvio, già da sei anni essere esenti dalla milizia, quasi a titolo di onore, e di benefizio, mentre intanto i buoni, ed obbedienti alleati, per la fede ed ossequio loro verso il popolo Romano, sono esausti dalle continue leve di ciascun anno.* A questo cenno non tanto rinovossi ne' Padri la memoria di cosa quasi dimenticata, quanto attizzossi lo sdegno. Non permettendo adunque che i consoli altro affare innanzi a questo proponessero, decretarono, *che i consoli chiamassero a Roma i magistrati, e dieci de' principali cittadini di Nepete, di Sutrio, di Ardea, di Cale, di Alba, di Carseole, di Sora, di Suessa, di Sesia, di Circejo, di Narnia e d' Interamna* (tutte colonie ch' erano in questo caso); *comandassero loro, che ciascuna desse duplicato il numero di quel più di soldati, che avea dato al popolo Romano dal dì, che il nemico avea posto piede in Italia; non che cento e venti cavalieri; se alcuna compier non potesse il numero di questi, desse per un cavaliere tre fanti; e che i cavalieri ed i fanti si scegliessero de' più ricchi, e si mandassero fuor d' Italia, dove si abbisognasse di*

*Latinas duodecim, quae Q. Fabio et Q. Fulvio consulibus abnuissent milites dare, eas annum jam ferme sextum vacationem militiae, quasi honoris et beneficii caussa, habere: quum interim boni obedientesque socii, pro fide atque obsequio in populum Romanum, continuis omnium annorum delectibus exhausti essent.* Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam obliteratae, quam ira irritata est. itaque, nihil prius referre consules passi, decreverunt, *ut consules magistratus denosque principes Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Suessa, Setia, Circejis, Narnia, Interamna,* (eae namque coloniae in ea caussa erant) *Romam excirent: iis imperarent, quantum quaeque earum coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, duplicatum ejus summae numerum peditum daret, et equites centenos vicenos. si qua eum numerum equitum explere non posset, pro equite uno tres pedites liceret dare: pedites equitesque quam locupletissimi legerentur, mitterenturque,*

*ubicumque extra Italiam supplemento opus esset. Si qui ex iis recusarent, retineri ejus coloniae magistratus legatosque placere: neque, si postularent, senatum dari, priusquam imperata fecissent. stipendium praeterea iis coloniis in millia aeris asses singulos imperari exigique quotannis: censumque in iis coloniis agi ex formula ab Romanis censoribus data. dari autem placere eamdem, quam populo Romano: deferrique Romam ab juratis censoribus coloniarum, priusquam magistratu abirent.* Ex hoc senatusconsulto, adcitis Romam magistratibus primoribusque earum coloniarum, consules quum militem stipendiumque imperassent, alii aliis magis recusare ac reclamare. negare *tantum militum effici posse: vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros.* Orare atque obsecrare, *ut sibi, senatum adire ac deprecari liceret. nihil se, quare perire merito deberent, admisisse: sed, si pereundum etiam foret, neque suum delictum, neque iram populi Romani, ut plus militum darent, quam haberent, posse efficere.* Consules obstinati

*supplemento. Se alcuni di questi ricusassero di ubbidire, si ritenessero a Roma i magistrati, ed i legati di quella colonia; nè, se chiedessero udienza al senato, la si desse loro innanzi, che avessero ubbidito. Inoltre s' imponesse e riscuotesse da quella colonia ogni anno un asse ogni mille del lor valsente; e vi si facesse il censo, secondo la norma, che fosse data dai censori Romani; volersi però, che sia quella stessa, che si darebbe al popolo Romano, e che quel censimento fosse portato a Roma dai censori giurati delle colonie, prima che lasciassero la carica.* In vigor di questo decreto chiamati a Roma i magistrati, e i principali di quelle colonie, com' ebbero i consoli intimato loro di contribuire e soldati e stipendio, cominciaron tutti l' un più che l' altro a ricusare, e reclamare, dicendo *esser loro impossibile far tanti soldati; appena, se si chiedesse il semplice numero, giusta la formula usitata, l' otterrebbero.* Chiedevano e scongiuravano, *che si permettesse loro di presentarsi al senato e pregarlo; non aver essi commesso cosa, per cui meritassero di perire, ma se anche perir dovessero, nè il lor peccato, nè lo sdegno del popolo Romano potrebbe fare, che dieno più soldati, che non ne hanno.* I consoli ostinati co-

mandano, che i legati si rimangano a Roma; che i magistrati vadano a casa a far la leva; se prima condotta non fosse a Roma la somma de' soldati comandata, non avrebbono ottenuta udienza dal senato. Così, troncata ogni speranza di andare a scongiurare il senato, la leva in quelle dodici colonie, cresciutovi il numero de' giovani per la lunga esenzione dalla milizia, si compiè senza difficoltà.

XVI. Altra cosa parimenti, quasi per egual tempo trasandata in silenzio, fu proposta al senato da Marco Valerio Levino, il quale disse *essere cosa giusta, che finalmente si restituissero le somme di danaro contribuite dai privati nel tempo, ch'egli era console con Marco Claudio; nè doversi alcuno maravigliare, se obbligata essendo la pubblica fede, se ne prende egli cura speciale. In fatto, oltre che la cosa riguarda propriamente alcun poco il console di quell' anno, in cui s' è prestato il danaro, egli stesso avea proposto quel modo di contribuire nella penuria dell' erario, e nella impotenza della plebe a pagare il tributo.* Fu grato ai Padri sì fatto ricordo; e detto ai consoli, che ne facessero la proposta, decretarono, *che quel danaro fosse pagato in tre rate; contassero subito la prima i consoli del-*

manere legatos Romae jubent; magistratus ire domos ad delectus habendos. nisi summa militum, quae imperata esset, Romam adducta, neminem iis senatum daturum. Ita praecisa spe senatum adeundi deprecandique, delectus in iis duodecim coloniis, per longam vacationem numero juniorum aucto, haud difficulter est perfectus.

XVI. Altera item res, prope aeque longo neglecta silentio, relata a M. Valerio Laevino est. qui, *privatis conlatas pecunias, se ac M. Claudio consulibus, reddi tandem, aequum esse* dixit. *nec mirari quemquam debere, in publica obligata fide suam praecipuam curam esse. Nam, praeterquam quod aliquid proprie ad consulem ejus anni, quo conlatae pecuniae essent, pertineret, etiam se auctorem ita conferendi fuisse, inopi aerario, nec plebe ad tributum subficiente.* Grata ea Patribus admonitio fuit: jussisque referre consulibus, decreverunt, *ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam praesentem ii, qui tum essent, duas tertii et*

*quinti consules numerarent.* Omnes deinde alias curas una occupavit, postquam Locrensium clades, quae ignoratae ad eam diem fuerant, legatorum adventu vulgatae sunt. nec tam Q. Pleminii scelus, quam Scipionis in eo aut ambitio aut neglegentia iras hominum irritavit. Decem legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum, ramos oleae, (ut Graecis mos est) porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. Quaerentibus consulibus *Locrenses se* dixerunt *esse, ea passos a Q. Pleminio legato Romanisque militibus, quae pati ne Karthaginienses quidem velit populus Romanus. Rogare, uti sibi Patres adeundi, deplorandique aerumnas suas potestatem facerent.*

XVII. Senatu dato, maximus natu ex iis: *Scio, quanti aestimentur nostrae apud vos querelae, Patres conscripti, plurimum in eo momenti esse, si probe sciatis, et quomodo proditi Locri Hannibali sint, et quomodo, pulso Hannibalis praesidio, restituti in ditio-*

*l'anno corrente; le altre due quelli dell'anno terzo, e quinto.* Indi una sola cura prese il luogo di tutte l'altre, poi che colla venuta dei legati si divolgarono le calamità dei Locresi, che si erano ignorate sino a quel dì. Nè tanto irritò la gente la scelleraggine di Quinto Pleminio, quanto in questo fatto la parzialità, o la negligenza di Scipione. Dieci ambasciatori dei Locresi, tutti squallore e sozzura, mentre i consoli sedevano in su la piazza dei comizj, sporgendo in atto di supplichevoli (come costumano i Greci) rami d'ulivo, gettaronsi a terra dinanzi al loro tribunale con lamentevoli grida. Domandati dai consoli risposero, *ch'eran Locresi, che avean sofferto dal legato Quinto Pleminio, e dai soldati Romani quello, che non vorrebbe il popolo Romano, che soffrissero nè meno gli stessi Cartaginesi. Pregavano, che fosse lor dato di presentarsi ai Padri, e deplorare le loro calamità.*

XVII. Introdotti in senato, il maggiore di età così parlò: *In che conto abbiano ad essere tenute le querele nostre presso di voi, o Padri Coscritti, ben so massimamente in questo consistere, se sappiate al giusto in qual modo Locri sia stato dato in mano ad Annibale, e in qual modo, scacciato il presidio di Annibale,*

*rimesso in poter vostro. Perciocchè, se la colpa della ribellione non sia imputabile a pubblico consiglio, e se il ritorno alla vostra dominazione si vegga fatto non solamente per volontà, ma eziandio per opera e virtù nostra, vi sdegnerete maggiormente, che a buoni e fedeli alleati si faccian dal vostro legato, e dai vostri soldati ingiurie cotanto atroci ed indegne. Ma penso, che l' espor la ragione dell' uno e dell' altro nostro cangiamento differir si debba ad altro tempo per due ragioni; una, perchè se ne debba trattare, presente Publio Scipione, il quale ricuperò Locri, testimonio di tutto il bene ed il male, che abbiam fatto; l'altra, perchè, qualunque noi siamo, pur non dovemmo soffrire quello, che soffrimmo. Non possiamo dissimulare, o Padri Coscritti, che quando ebbimo il presidio Cartaginese nella nostra rocca, dovemmo soffrire molte sconce, ed indegne cose e dal prefetto del presidio Amilcare, e dai Numidi, ed Africani. Ma che son quelle paragonate con queste, ch' oggi soffriamo? Udite, di grazia, pazientemente, o Padri Coscritti, quello che contro voglia dirovvi. Pende ora in dubbio tutta l' umana generazione, se vedrà voi, ovvero i Cartaginesi dominare tutta*

*nem vestram. quippe si et culpa defectionis procul a publico consilio absit, et reditum in vestram ditionem adpareat, non voluntate solum, sed ope etiam ac virtute nostra; magis indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces atque indignas injurias ab legato vestro militibusque fieri. Sed ego caussam utriusque defectionis nostrae in aliud tempus differendam arbitror esse, duarum rerum gratia; unius, ut coram P. Scipione, qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum testis, agatur; alterius, quod, qualescumque sumus, tamen haec, quae passi sumus, pati non debuimus. Non possumus dissimulare, Patres conscripti, nos, quum praesidium Punicum in arce nostra haberemus, multa foeda et indigna, et a praefecto praesidii Hamilcare, et ab Numidis Afrisque passos esse. Sed quid illa sunt, conlata cum iis, quae hodie patimur? Cum bona venia, quaeso, audiatis, Patres conscripti, id, quod invitus dicam. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum vos, an Karthaginienses principes terrarum*

*videat. si ex iis, quae Locrenses aut ab illis passi sumus, aut a vestro praesidio nunc quum maxime patimur, aestimandum Romanum ac Punicum imperium sit; memo non illos sibi, quam vos, dominos praeoptet. Et tamen videte, quemadmodum Locrenses in vos animati sint. Quum a Karthaginiensibus injurias tanto minores acciperemus, ad vestrum imperatorem confugimus: quum a vestro praesidio plusquam hostilia patiamur, nusquam alio, quam ad vos, querelas detulimus. Aut vos respicietis perditas res nostras, Patres conscripti, aut ne ab Diis quidem inmortalibus quod precemur, quidquam superest. Q. Pleminius legatus missus est cum praesidio ad recipiendos a Karthaginiensibus Locros, et cum eodem ibi relictus est praesidio. In hoc legato vestro (dant enim animum ad loquendum libere ultimae miseriae) nec hominis quidquam est, Patres conscripti, praeter figuram et speciem; neque Romani civis, praeter habitum, vestitumque, et sonum Latinae linguae. Pestis ac bellua inmanis, quales fretum quondam, quo ab*

*la terra. Se si avesse a far giudizio dell'impero Romano e del Cartaginese da quello, che han sofferto i Locresi da loro, o che ora soffrono grandemente dal vostro presidio, non v' ha uno, che non volesse la loro più tosto che la vostra dominazione. Nondimeno vedete di che animo sono i Locresi verso di voi. Sebbene ricevessimo assai minori ingiurie dai Cartaginesi, ricorremmo al vostro comandante; e soffrendo ora dal vostro presidio trattamenti più che ostili, non ad altri portammo le doglianze nostre che a voi. O voi darete uno sguardo, Padri Coscritti, alle nostre calamità, o non ci avanza nè meno di che pregare gli stessi dei immortali. Ci fu mandato legato insieme col presidio Quinto Pleminio a ritrar Locri dalle mani dei Cartaginesi; e fu quivi lasciato a governare collo stesso presidio. In questo vostro legato (che ci fanno arditi a parlare liberamente l'estreme nostre sciagure) nè altro âvvi d' uomo, Padri Coscritti, che la figura e la sembianza; nè altro di cittadino Romano, che il portamento, il vestito, e il suono della favella latina. Egli è una peste, un mostro crudele, come quelli, che narrano le favole un tempo aver assediato lo stretto, che ci divide*

*dalla Sicilia a sterminio dei naviganti. E se si appagasse di esercitare egli solo contro i vostri alleati la sua scelleraggine, libidine, ed avarizia, pur potremmo colla pazienza nostra ricolmare questa profonda sì, ma pur sola voragine. Ora costui tutti i centurioni, tutti i soldati vostri (sì gli piacque render comune la licenza, e la malvagità) gli ha fatti diventare Pleminj; tutti rapiscono, spogliano, battono, feriscono, uccidono; stuprano le matrone, le vergini, i giovanetti, strappatili dalle braccia dei genitori. La città nostra ogni giorno è presa d' assalto, ogni giorno saccheggiata; dì e notte non d' altro suonan le contrade, che delle strida di donne, e di fanciulli, che si rapiscono, e si portan via. Chi ciò sapesse, farebbe le maraviglie, o come regger possiamo a tanto soffrire, o come non sieno sazj ancora di tanti oltraggi coloro, che ce li fanno. Nè io posso raccontare per minuto, nè importa a voi l' udire una ad una le cose, che soffrimmo; abbraccerolle tutte in un fascio. Dico non esservi in Locri una casa, dico non esservi un uomo, che non sia stato oltraggiato; dico non essersi ommesso genere di scelleratezza, di libidine, di avarizia contro chiunque*

*Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumsedisse fabulae ferunt. At si scelus, libidinemque, et avaritiam solus ipse exercere in socios vestros haberet, unam profundam quidem voraginem tamen patientia nostra expleremus. nunc omnes centuriones militesque vestros (adeo in promiscuo licentiam atque inprobitatem esse voluit) Pleminios fecit: omnes rapiunt, spoliant, verberant, vulnerant, occidunt: constuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos ex complexu parentum. Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur; dies noctesque omnia passim mulierum puerorumque, qui rapiuntur atque asportantur, ploratibus sonant. Miretur, qui sciat, quomodo aut nos ad patiendum subficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum satietas ceperit. Neque ego exsequi possum, nec vobis operae est audire singula, quae passi sumus. communiter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris; nego quemquam hominem expertem injuriae esse; nego ullum genus sceleris, libidinis, avaritiae superesse, quod in ullo, qui*

*pati potuerit, praetermissum sit. Vix ratio iniri potest, uter casus civitatis sit detestabilior, quum hostes bello urbem cepere, an quum exitiabilis tyrannus vi atque armis obpressit. Omnia, quae captae urbes patiuntur, passi sumus, et quum maxime patimur, Patres conscripti; omnia, quae crudelissimi atque inportunissimi tyranni scelera in obpressos cives edunt, Pleminius in nos, liberosque nostros, et conjuges, edidit.*

XVIII. *Unum est, de quo nominatim et nos queri religio infixa animis cogat, et vos audire, et exsolvere rempublicam vestram religione, si ita vobis videbitur, velimus, Patres conscripti. Vidimus enim, cum quanta ceremonia non vestros solum colatis Deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpinae, de cujus sanctitate templi credo aliquam famam ad vos pervenisse Pyrrhi bello: qui quum, ex Sicilia rediens, Locros classe praetervehheretur, inter alia foeda, quae propter fidem erga vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinae, intactos ad*

*l' abbia potuto soffrire. Appena può decidersi, qual sia più spaventoso caso per una città, se il nemico la prese per assalto, o se l' oppresse colla violenza, e coll' armi un crudelissimo tiranno. Tutto quello, che soffre una città presa dal nemico, l' abbiam sofferto, e tuttora il soffriamo, Padri Coscritti; tutte le scelleraggini, che i più rabbiosi e più crudeli tiranni commettono contro i cittadini oppressi, Pleminio le commise contro di noi, contro i figliuoli, e le mogli nostre.*

XVIII. *V' ha però una cosa, della quale ci costringe a nominatamente dolerci la religione scolpita nei nostri cuori, e che vorremmo, che udiste, o Padri Coscritti, e da cui, se così parravvi, scaricaste in faccia agli dei la repubblica vostra. Perciocchè vedemmo con quanto rispetto non solo venerate i vostri dei, ma eziandio accogliete gli altrui. Evvi presso di noi il tempio di Proserpina, della cui santità, credo, saravvi giunta alcuna contezza nella guerra di Pirro; il quale, tornando dalla Sicilia, passando colla flotta dinanzi a Locri, tra l' altre sconce cose, che commise contro la nostra città per la fede osservata verso di voi, spogliò anche i tesori*

*di Proserpina, non mai tocchi sino a quel dì; e messo il danaro sulle navi, prese egli il cammino di terra Che dunque avvenne, o Padri coscritti? la flotta, il dì seguente, lacerata da fierissima burrasca, tutte le navi, ch' eran cariche del sacro danaro, furon buttate su i nostri lidi. Dalla quale tanta rovina imparato avendo il superbissimo re, che ci sono gli Dei, ordinò, che ricercato tutto quel danaro, fosse rimesso nel tesoro di Proserpina; nondimeno nulla di poi riuscigli in bene; e cacciato d' Italia, entrato imprudentemente di notte in Argo, perì di morte ignobile e indecorosa. Avendo tutto ciò inteso il vostro legato, ed i tribuni de' soldati, e mille altre simili storie, che si narrano, non per accrescere il religioso timore, ma come quelle, che attestarono a noi, ed ai maggiori nostri la presenza del Nume, ciò non ostante osarono accostar le mani sacrileghe a quegli intatti tesori, e della nefanda preda se, e le case loro, ed i soldati vostri contaminare; coll' opera de' quali, per fede vostra, non vogliate, o Padri coscritti, se non espiate innanzi la loro scelleratezza, fare alcuna impresa o nell' Italia, o nell' Africa; onde non paghino l' empietà, che commisero, col loro*

*eam diem, spoliavit: atque ita, pecunia in naves inposita, ipse terra est profectus. Quid ergo evenit, Patres conscripti? Classis postero die foedissima tempestate lacerata, omnesque naves, quae sacram pecuniam habuerunt, in litora nostra ejectae sunt. Qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinae referri jussit. nec tamen illi umquam postea prosperi quidquam evenit: pulsusque Italia, ignobili atque inhonesta morte, temere nocte ingressus Argos, obcubuit. Haec quum audisset legatus vester, tribunique militum, et mille alia, quae non augendae religionis caussa, sed praesentis Deae numine saepe comperta nobis majoribusque nostris, referebantur; ausi sunt nihilominus sacrilegas admovere manus intactis illis thesauris, et nefanda praeda se ipsos ac domos contaminare suas et milites vestros. quibus, per, vos, fidem vestram, Patres conscripti, priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis; ne, quod piaculum commise-*

*runt, non suo solum sanguine, sed etiam publica clade luant. Quamquam ne nunc quidem, Patres conscripti, aut in ducibus, aut in militibus vestris cessat ira Deae. Aliquoties jam inter se signis conlatis concucurrerunt. dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant: non acrius cum Karthaginiensibus, quam inter se ipsi, ferro dimicaverunt. praebuissentque occasionem furore suo Locros recipiendi Hannibali, ni adcitus ab nobis Scipio intervenisset. At, Hercule, milites contactos sacrilegio furor agitat: in ducibus ipsis puniendis nullum Deae numen adparuit? Immo ibi praesens maxime fuit. Virgis caesi tribuni ab legato sunt. Legatus deinde insidiis tribunorum interceptus praeterquam quod toto corpore laceratus, naso quoque auribusque decisis, exsanguis est relictus: recreatus deinde legatus ex vulneribus, tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos, servilibusque omnibus suppliciis cruciatos trucidando occidit; mortuos deinde prohibuit sepeliri. Has Dea poenas a templi sui spoliatoribus habet: nec ante*

*sangue, ma eziandio colla pubblica rovina. Benchè nè anche al presente, Padri coscritti, stassi lenta l ira della Dea contro i capitani, e soldati vostri. Già cozzarono insieme alquante volte a bandiere spiegate; era capo di un partito Pleminio, dell' altro i due tribuni de' soldati; non mai strinsero più rabbiosamente il ferro contro i Cartaginesi, che contro se medesimi, e dato avrebbono col lor furore occasione ad Annibale di ricuperare Locri, se sopraggiunto non fosse, chiamato da noi, Scipione. Sì certamente furore insano agita i soldati tocchi da sacrilegio; ma non mostrò per avventura la Dea col punire gli stessi comandanti nessun segno di sua possanza? Anzi mostrollo quivi grandissimo. Il legato fe battere colle verghe i tribuni; indi egli stesso, colto in agguato dai tribuni, oltre che lacerato in tutto il corpo, tagliatigli anche naso ed orecchi, fu lasciato semivivo; indi riavutosi il legato dalle ferite, messi in prigione i tribuni de' soldati, poi battuti, straziatili a guisa di servi con ogni sorta di supplizj, mandolli a morte; in fine vietò, che morti fossero seppelliti. Quest' è la vendetta, che fa la Dea degli spogliatori del suo tem-*

*pio; nè lascierà di agitarli con tutte le furie insino a tanto, che il sagro danaro non sarà rimesso nel suo tesoro. Altre volte i nostri maggiori, nella gran guerra, ch' ebbero co' Crotoniati, perchè il tempio è fuori di Locri, vollero trasportare dentro la città quel danaro; si udì la notte una voce dal santuario:* non toccassero; difenderebbe la Dea il tempio suo. *Perch' era insorto un santo timore di levar quindi il tesoro, vollero circondare il tempio di muro; e lo aveano di già condotto ad alquanta altezza, quando improvvisamente ruinò al suolo. Ma e in presente, e spesse altre volte la Dea difese la sua stanza, e il tempio suo; e ne colpì di grave pena i violatori. I nostri oltraggi nè può, nè potrebbe altri vendicare, fuor che voi, o Padri coscritti; a voi, alla fede vostra supplichevoli ricorriamo; non c' è per noi differenza, o vogliate lasciar Locri sotto quel legato, sotto quel presidio, o darci, perchè ci punisca, in mano allo sdegnato Annibale, ed ai Cartaginesi. Non chiediamo, che ci prestiate subito fede in assenza di Pleminio, e senza ascoltarlo; venga; oda in persona le accuse, si discolpi. S' egli ha ommessa contro di noi scelleratezza, che possa commetter uomo contra uomo, non*

*desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Majores quondam nostri, gravi Crotoniensium bello, quia extra urbem templum est, transferre in urbem eam pecuniam voluerunt. noctu audita ex delubro vox est,* abstinerent manus: Deam sua templa defensuram. *Quia movendi inde thesauros incussa erat religio, muro circumdare templum voluerunt. ad aliquantum jam altitudinis excitata erant moenia, quum subito conlapsa ruina sunt. Sed et nunc, et saepe alias Dea suam sedem, suumque templum aut tutata est, aut a violatoribus gravia piacula exegit. nostras injurias nec potest, nec possit alius ulcisci, quam vos, Patres conscripti. Ad vos vestramque fidem supplices confugimus. nihil nostra interest, utrum sub illo legato, sub illo praesidio Locros esse sinatis, an irato Hannibali et Poenis ad supplicium dedatis. Non postulamus, ut extemplo nobis, ut de absente, ut indicta caussa credatis. Veniat, coram ipse audiat, ipse diluat. Si quidquam sceleris, quod homo in homines edere*

*potest, in nos praetermisit; non recusamus, quin et nos omnia eadem iterum, si pati possumus, patiamur, et ille omni divino humanoque liberetur scelere.*

XIX. Haec quum ab legatis dicta essent, quaesissetque ab iis Q. Fabius, detulissentne eas querelas ad P. Scipionem; responderunt, *missos legatos esse, sed eum belli adparatu occupatum esse: et in Africam aut jam trajecisse, aut intra paucos dies trajecturum. Et, legati gratia quanta esset apud imperatorem, expertos esse: quum, inter eum et tribunos cognita caussa, tribunos in vincula conjecerit; legatum aeque sontem, aut magis etiam, in ea potestate reliquerit.* Jussis excedere e templo legatis, non Pleminius modo, sed etiam Scipio, principum orationibus lacerari. ante omnes Q. Fabius, natum eum ad conrumpendam disciplinam militarem, arguere. *Sic et in Hispania plus prope per seditionem militum, quam bello, amissum. externo et regio more et indulgere licentiae militum, et saevire in eos.* Sententiam deinde aeque trucem orationi adjecit. *Pleminium legatum*

*ricusiamo di soffrire, se soffrir le potremo, un' altra volta le stesse cose; ed egli sia pure in faccia agli dei, ed agli uomini da ogni scelleraggine libero e purgato.*

XIX. Avendo i legati così parlato, e ricercati essendo da Quinto Fabio, se portate avessero a Publio Scipione codeste loro doglianze, risposero: *avergli mandati oratori, ma esser lui occupato negli apparecchj della guerra, e che o di già passato era, o tra pochi dì passerebbe in Africa. Ed avean di già fatta prova in quanta grazia fosse Pleminio presso Scipione, allor quando, udita la causa tra questi ed i tribuni, pose i tribuni in prigione, ed il legato, egualmente reo, ed anche più, lo avea lasciato nel suo posto.* Fatti uscire i legati dalla curia, non solamente i principali senatori si misero a mordere fieramente Pleminio, ma eziandio Scipione; sopra tutti Quinto Fabio accusavalo d' esser nato a corrompere la militar disciplina. *Così nella Spagna s' era perduta più gente per la sedizion de' soldati, che per la guerra; ed egli, all' usanza dei re stranieri favoriva la licenza dei soldati e incrudeliva contro di essi.* Indi al discorso aggiunse una non meno truce proposizione: *che si do-*

*vesse trasportare a Roma il legato Pleminio incatenato, il quale dalla prigione si difendesse; e se vere fossero le cose, che i Locresi gli apponevano, fosse quivi messo a morte, e i suoi beni fossero confiscati. Publio Scipione, perchè s' era partito dalla provincia senza licenza del senato, fosse richiamato; e si trattasse co' tribuni della plebe, che proponessero al popolo di ritorgli il comando. Ai Locresi, richiamati in curia, si rispondesse, che gli oltraggi, di cui si dolgono, nè il senato, nè il popolo Romano vorrebbono che fossero stati lor fatti; si riconoscessero, come uomini dabbene, buoni alleati ed amici; figliuoli, mogli, ed ogni altra cosa tolta fosse lor restituita; si cercasse quanto fosse il danaro via portato dal tesoro di Proserpina, e ve ne fosse rimessa una doppia quantità; e si facesse un sagrifizio espiatorio, però domandando innanzi al collegio de' Pontefici, ch' essendo stati mossi di luogo, e violati i sagri tesori, quali espiazioni convenisse di fare, a quali dei, e con quali vittime. I soldati, ch' erano a Locri, si trasportassero tutti in Sicilia; ed a presidio di Locri si mandassero quattro coorti del nome Latino.* Non si potè in quel giorno raccogliere tutti gli avvisi,

*vinctum Romam deportari placere, et ex vinculis caussam dicere: ac, si vera forent, quae Locrenses quererentur, in carcere necari, bonaque ejus publicari. P. Scipionem, quod de provincia decessisset injussu senatus, revocari: agique cum tribunis plebis, ut de imperio ejus abrogando ferrent ad populum. Locrensibus coram senatum respondere, Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle. Viros bonos, sociosque, et amicos eos adpellari: liberos, conjuges, quaeque alia erepta essent, restitui: pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinae sublata esset, conquiri, duplamque pecuniam in thesauros reponi: et sacrum piaculare fieri, ita ut prius ad collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri moti, violati essent, quae piacula, quibus Diis, quibus hostiis, fieri placeret. Milites, qui Locris essent, omnes in Siciliam transportari: quatuor cohortes sociorum Latini nominis in praesidium Locros adduci.* Perrogari eo die sententiae, accensis

studiis pro Scipione et adversus Scipionem, non potuere. Praeter Pleminii facinus Locrensiumque cladem, ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur : *cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis eum palaestraeque operam dare: aeque segniter molliterque cohortem totam Syracusarum amoenitate frui: Karthagiuem atque Hanuibalem excidisse de memoria: exercitum omnem licentia conruptum, qualis Sucrone in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, sociis magis, quam hosti, metuendum.*

XX. Haec quamquam partim vera, partim mixta, eoque similia veris jactabantur, vicit tamen Q. Metelli sententia: qui, de ceteris Maximo adsensus, de Scipionis caussa dissensit. *Qui enim convenire, quem modo civitas juvenem admodum recuperandae Hispaniae delegerit ducem, quem, recepta ab hostibus Hispania, ad inponendum Punico bello finem creaverit consulem, spe destinaverit Hannibalem ex Italia detracturum, Africam subacturum, eum repente,*

bollendo i partiti quale in favore, e quale contro Scipione. Oltre il delitto di Pleminio, e le sciagure dei Locresi, s'inveiva eziandio contro la stessa foggia del vestire di Scipione, non solamente non Romana, ma nè anche militare; *passeggiar egli pel ginnasio in mantello, ed in pianelle; badare alla lettura di libri, alla palestra; non meno oziosamente, e mollemente tutta la sua corte godersi l'amenità di Siracusa; essergli uscita di mente Cartagine, ed Annibale; tutto l'esercito dalla licenza corrotto tale essere, qual fu a Sucrone in Ispagna, qual ora è a Locri, più spaventoso agli alleati, che ai nemici.*

XX. Abbenchè queste cose, che si spacciavano, fossero vere in parte, in parte miste, e per ciò più simili al vero, nondimeno prevalse il parere di Quinto Metello, il quale, assentendo quanto al resto a Quinto Fabio, discordò quanto a Scipione. *Perciocchè, come accordare insieme, che quegli, cui testè la città elesse giovanetto assai a ricuperare la Spagna, quegli cui, ricuperata la Spagna, creò console a metter fine alla guerra Cartaginese, per opera di cui sperò, che Annibale sarebbe scacciato d'Italia, e l'Africa soggiogata, questo*

*stesso, come un altro Quinto Pleminio, quasi condannato innanzi di ascoltarlo, sia subitamente richiamato dalla provincia? Mentre, che le iniquità, di cui si dolgono i Locresi, non le dicono commesse presente Scipione, nè di altro si può tacciarlo, che di pazienza o di troppo rispetto per aver perdonato al legato. Era egli d'avviso, che il pretore Marco Pomponio, cui toccata era in sorte la Sicilia, ne' prossimi tre giorni andasse al suo governo; che i consoli scegliessero nel senato dieci legati, che paresse loro, mandandoli col pretore, e insieme due tribuni della plebe, ed un edile; che il pretore con questo consiglio conoscesse della cosa. Se trovassero i fatti, di cui dolevansi i Locresi, avvenuti per volontà, o comando di Publio Scipione, gli ordinassero di partire dalla provincia. Se Publio Scipione fosse già passato in Africa, i tribuni della plebe, e l'edile con due legati, che il pretore stimasse più idonei, andassero in Africa; i tribuni, e l'edile per indi via menarne Scipione; i legati per attendere all'esercito, insino a tanto, che vi giungesse il nuovo comandante. Se poi Marco Pomponio, e i dieci legati trovassero, che quelle cose non s'eran fatte nè per comando, nè per volere*

*tamquam Q. Pleminium, indicta caussa prope damnatum, ex provincia revocari? quum ea, quae in se nefarie facta Locrenses quererentur, ne praesente quidem Scipione facta dicerent, neque aliud, quam patientia, aut pudor, quod legato pepercisset, insimulari possit? Sibi placere, M. Pomponium praetorem, cui Sicilia provincia sorte evenisset, triduo proximo in provinciam proficisci: consules decem legatos, quos iis videretur, ex senatu legere, quos cum praetore mitterent, et duos tribunos plebei, atque aedilem. cum eo consilio praetorem cognoscere. si ea, quae Locrenses facta quererentur, jussu aut voluntate P. Scipionis facta essent, ut eum de provincia decedere juberent. Si P. Scipio jam in Africam trajecisset, tribuni plebis atque aedilis cum duobus legatis, quos maxime praetor idoneos censuisset, in Africam proficiscerentur: tribuni atque aedilis, qui reducerent inde Scipionem: legati, qui exercitui praeessent, donec novus imperator ad eum exercitum venisset. Sin M. Pomponius et decem legati comperissent, neque jussu,*

*neque voluntate P. Scipionis ea facta esse, ut ad exercitum Scipio maneret, bellumque, ut proposuisset, gereret.* Hoc facto senatusconsulto, cum tribunis plebis actum est, ut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum praetore ac legatis irent. Ad collegium pontificum relatum de expiandis, quae Locris in templo Proserpinae tacta, violata, elataque inde essent. Tribuni plebis cum praetore et decem legatis profecti M. Claudius Marcellus et M. Cincius Alimentus: iis aedilis plebis datus, quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens non esset Scipio, aut jam in Africam trajecisset, prendere tribuni juberent, ac jure sacrosanctae potestatis reducerent. Prius Locros ire, quam Messanam, consilium erat.

XXI. Ceterum duplex fama est, quod ad Pleminium adtinet. alii, auditis, quae Romae acta essent, in exsilium Neapolim euntem forte in Q. Metellum, unum ex legatis, incidisse, et ab eo Rhegium vi retractum tradunt: alii, ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum, qui Q. Pleminium in catenas, et cum eo seditionis principes, con-

*di Publio Scipione, rimanesse Scipione al comando dell' esercito, e governasse la guerra nella forma, che avea proposto.* Fatto questo decreto, si trattò coi tribuni, perchè tra loro convenissero, o scegliessero a sorte i due, che andassero col pretore, e co' legati. Si consultò il collegio de' Pontefici intorno all'espiazione da farsi per le cose tocche, violate, o via portate dal tempio di Proserpina in Locri. Partirono col pretore, e co' dieci legati i tribuni della plebe Marco Claudio Marcello, e Marco Cinzio Alimento. Si aggiunse loro un edile della plebe, al quale, se Scipione o in Sicilia, o di già passato in Africa ricusasse di obbedire, i tribuni commettessero di arrestarlo, e in virtù del sagrosanto lor potere il rimenassero. Erano in parere di andare prima a Locri, che a Messina.

XXI. Del resto, quanto a Pleminio è doppia la fama. Altri ha, che udite le cose fatte in Roma, mentre andava in esiglio a Napoli, s'imbattè a caso in Quinto Metello, uno de' legati, e che questi colla forza lo ricondusse a Reggio; altri, che Scipione stesso spedito avesse un legato con trenta de' più scelti cavalieri, i quali mettessero in catene Quinto Pleminio, e insieme con lui i capi della sedi-

zione. Tutti costoro, o innanzi per ordine di Scipione, o di poi per ordine del pretore furono dati in guardia a' Reggiani. Il pretore, ed i legati, giunti a Locri, badarono, innanzi a tutt' altro, come s'era loro commesso, alle cose risguardanti la religione. Quindi, cercato tutto il danaro sacro, sì quello ch' era presso Pleminio, sì quello ch' era presso i soldati, tutto insieme con quello, che avean seco portato, il riposero nel tesoro; e fecero un sagrifizio espiatorio. Poscia il pretore, chiamati i soldati a parlamento, ordina che escano dalla città colle bandiere; e va ad accamparsi fuori, minacciando con editto severe pene, *se alcun soldato rimasto fosse in città, o ne avesse portato fuori cose non sue; permetter egli ai Locresi di ripigliarsi quello, che ognuno riconoscesse esser suo; se non ne riconoscesse, chiedesse d'esserne compensato; innanzi a tutt' altro, le persone libere fossero senza indugio restituite ai Locresi; soggiacerebbe a pena non leggiera chi non le restituisse.* Indi chiamò a parlamento i Locresi, e disse, *che il senato ed il popolo Romano restituiva loro la libertà, e le lor leggi. Se alcuno accusar volesse Pleminio, o talun altro, lo seguitasse a Reggio. Se volessero querelarsi*

jicerent. Ii omnes, seu ante Scipionis, seu tum praetoris jussu, traditi in custodiam Rheginis. Praetor legatique Locros profecti primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere. omnem enim sacram pecuniam, quaeque apud Pleminium, quaeque apud milites erat, conquisitam, cum ea quam ipsi secum adtulerant, in thesauris reposuerunt, ac piaculare sacrum fecerunt. tum vocatos ad concionem milites praetor signa extra urbem efferre jubet, castraque in campo locat, cum gravi edicto, *Si quis miles aut in urbe restitisset, aut secum extulisset, quod suum non esset. Locrensibus se permittere, ut, quod sui quisque cognosset, prehenderet. si quid non compareret, repeteret. Ante omnia, libera corpora placere sine mora Locrensibus restitui. non levi defuncturum poena, qui non restituisset.* Locrensium deinde concionem habuit, atque, *iis libertatem legesque suas populum Romanum senatumque restituere,* dixit. *Si qui Pleminium aliumve quem accusare vellet, Rhegium se sequeretur. Si de P. Scipione*

*publice queri vellent, ea, quae Locris nefarie in Deos hominesque facta essent, jussu aut voluntate P. Scipionis facta esse, legatos mitterent Messanam; ibi se cum consilio cogniturum.* Locrenses praetori legatisque, et senatui ac populo Romano gratias egere: *se ad Pleminium accusandum ituros. Scipionem, quamquam parum injuriis civitatis suae doluerit, eum esse virum, quem amicum sibi, quam inimicum, malint esse. pro certo se habere, neque jussu, neque voluntate P. Scipionis tot tam nefanda commissa: aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum. Natura insitum quibusdam esse, ut magis peccari nolint, quam satis animi ad vindicanda peccata habeant.* Et praetori et consilio haud mediocre onus demtum erat de Scipione cognoscendi. Pleminium, et ad duo et triginta homines cum eo damnaverunt, atque in catenis Romam miserunt: ipsi ad Scipionem profecti sunt, ut ea quoque, quae vulgata sermonibus erant de cultu ac desidia imperatoris solu-

*pubblicamente di Publio Scipione, aggravandolo, che l'empietà commesse in Locri contro gli dei e gli uomini, s'eran fatte per comando, o per volere di lui, mandassero legati a Messina; quivi ne avrebbe fatta insieme col suo consiglio cognizione.* I Locresi ringraziarono il pretore, i legati, il senato ed il popolo Romano; *sarebbero andati ad accusare Pleminio. Quanto a Scipione, bencl' egli si sia poco risentito degli oltraggi fatti alla loro città, esser egli tal uomo, che più lor piace averlo amico, che nemico; eran però certissimi, che non s'eran commesse tante e sì nefande iniquità per comando, o per volere di Scipione, che solamente s'era creduto troppo a Pleminio, e poco ad essi. Sono taluni per natura sì fattamente disposti, che più presto ricusano di credere al peccato, di quello che abbian forza di castigarlo.* Di non picciolo carico si trovavano alleggeriti ed il pretore ed il consiglio, cui toccava conoscere della causa di Scipione. Condannarono Pleminio, e trentadue altri con lui, e li mandarono in catene a Roma; essi poi partirono alla volta di Scipione, onde vedere cogli occhi proprj quello, che s'era spacciato ne' discorsi intorno alla foggia del vestire, alla mol-

lezza del comandante, e alla dissoluta militar disciplina; e recarlo a Roma.

XXII. Avvicinandosi essi a Siracusa, Scipione, a purgarsi, preparò fatti, non parole. Comandò, che tutto l' esercito quivi si raccogliesse, e la flotta fosse in punto, quasi si avesse in quel giorno a combattere per terra e per mare coi Cartaginesi. Accolti, il dì che vennero, benignamente, mostrò loro nel dì seguente gli eserciti di terra e di mare, nè solamente messi in ordinanza, ma quello fintamente scâramucciando, e la flotta nel porto esibendo essa pure un' immagine di pugna navale; poscia il pretore, ed i legati furon condotti a visitare gli arsenali, i granaj, e gli altri apparecchj di guerra. E tanta li prese ammirazion d' ogni cosa sì nel tutto, che nelle parti, che facilmente si persuasero, o con quel capitano, e quell' esercito potersi vincere Cartagine, o con nessun altro; e lo esortarono a passare, col favore degli dei, in Africa, e quanto prima adempiere la speranza del popolo Romano conceputa in quel giorno, in cui tutte le tribù l' aveano primo nominato console. E di là partironsi con animo sì lieto, quasi andassero a recare a Roma la nuova non del magnifico apparato guerresco, ma della

taque militiae disciplina, comperta oculis perferrent Romam.

XXII. Venientibus eis Syracusas, Scipio res, non verba, ad purgandum sese paravit. exercitum omnem eo convenire, classem expediri jussit, tamquam dimicandum eo die terra marique cum Karthaginiensibus esset. Quo die venerunt, hospitio comiter acceptis postero die terrestrem navalemque exercitus, non instructos modo, sed hos decurrentes, classem in portu, simulacrum et ipsam edentem navalis pugnae, ostendit: tum circa armamentaria et horrea aliumque belli adparatum visendum praetor legatique ducti. Tantaque admiratio singularum universarumque rerum incussa, ut satis crederent, aut illo duce atque exercitu vinci Karthaginiensem populum, aut nullo alio posse. juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere, et spei conceptae, quo die illum omnes centuriae priorem consulem dixissent, primo quoque tempore compotem populum Romanum facere: adeoque laetis indo animis profecti sunt, tamquam victoriam, non belli magnificum adparatum, nunciaturi Ro-

mam essent. Pleminius, quique in eadem caussa erant, postquam Romam est ventum, extemplo in carcerem conditi. ac primo producti ad populum ab tribunis, apud praeoccupatos Locrensium clade animos, nullum misericordiae locum habuerunt. postea, quum saepius producerentur, jam senescente invidia, molliebantur irae: et ipsa deformitas Pleminii memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat. Mortuus tamen prius in vinculis est, quam judicium de eo populi perficeretur. Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum refert, ludis votivis, quos Romae Africanus iterum consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio conruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occasionem. patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex senatusconsulto. De Scipione nusquam, nisi in senatu, actum. ubi omnes legatique et tribuni, classem eam, exercitum, ducemque verbis extollentes, effecerunt, ut senatus censeret, primo quoque tempore in Africam trajiciendum; Scipionique permitteretur,

vittoria. Pleminio, e quelli ch'erano nella stessa circostanza, come vennero a Roma, furono subito incarcerati. E presentati dinanzi al popolo dai tribuni, non trovaron dapprima compassione nessuna negli animi preoccupati dalla calamità dei Locresi; poscia, più volte rappresentati, l' odio venendo già meno, anche gli sdegni si mitigavano; e la stessa deformità di Pleminio, e il ricordarsi di Scipione, benchè assente, conciliava loro favore appresso il volgo. Se non che Pleminio morì in prigione, innanzi che il popolo pronunziasse la sentenza. Narra Clodio Licinio nel terzo libro delle cose Romane, che questo Pleminio, all' occasione de' Giuochi votivi, che l' Africano celebrava in Roma nel suo secondo consolato, tentò coll' opera di alcuni, che avea corrotti col danaro, di appiccare il fuoco in alquanti luoghi della città, onde aver occasione di rompere la carcere, e fuggire; che poi scoperto l' attentato, fu per decreto del senato confinato nel carcere Tulliano. Di Scipione non parlossi in altro luogo, che in senato, dove tutti e i legati, e i tribuni esaltando con le parole quella flotta, quell' esercito, e quel capitano, fecero sì, che il senato deliberò, che si dovesse quanto prima passare in Africa; e fosse

permesso a Scipione di scegliere da quegli eserciti, ch' erano in Sicilia, quali volesse menar seco in Africa, e quali lasciare a presidio della provincia.

XXIII. Mentre si fanno a Roma codeste cose, anche i Cartaginesi, avendo passato il verno in affanno, poste vedette su tutti i promontorj, cercando, e nel tempo stesso temendo ad ogni novella, aggiunser cosa di non piccolo momento alla difesa dell' Africa, l' amicizia del re Siface, credendo, che i Romani massimamente in questa fidando, per ciò passassero in Africa. Aveva Asdrubale, figlio di Giscone, contratte non solamente col re amichevoli relazioni, come s' è detto di sopra, quando a caso Scipione ed Asdrubale, venendo di Spagna, s' eran quivi ad un tempo stesso trovati insieme, ma s' era pur fatta menzione d' imparentarsi, sposando il re la figlia di Asdrubale. Andato questi a dar compimento alla cosa, e stabilire il tempo delle nozze (che già la fanciulla era da marito), come vide Siface acceso d' amore (che sono i Numidi più che gli altri barbari, alla libidine proclivi) richiama da Cartagine la fanciulla, e affretta le nozze. E tra le altre allegrezze, per aggiungere alla privata anche la pubblica alleanza, si stringe con giuramento amistà

ut ex iis exercitibus, qui in Sicilia essent, ipse legeret, quos in Africam secum trajiceret, quos provinciae relinqueret praesidio.

XXIII. Dum haec apud Romanos geruntur, Karthaginienses quoque, quum, speculis per promontoria omnia positis, percunctantes paventesque ad singulos nuncios sollicitam hiemem egissent, haud parvum et ipsi tuendae Africae momentum adjecerunt societatem Syphacis regis, cujus maxime fiducia trajecturum in Africam Romanum crediderunt. Erat Hasdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est, quum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal convenerunt: sed mentio quoque inchoata adfinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis. Ad eam rem consummandam tempusque nuptiis statuendum (jam enim et nubilis erat virgo) profectus Hasdrubal, ut accensum cupiditate (et sunt ante omnes Numidae barbaros effusi in Venerem) sensit, virginem ab Karthagine arcessit, maturatque nuptias: et inter aliam gratulationem, ut publicum quoque foedus privato adjiceretur,

societas inter populum Karthaginiensem regemque, data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros, jurejurando adfirmatur. Ceterum Hasdrubal, memor et cum Scipione initae regi societatis, et quam vana et mutabilia barbarorum ingenia essent, veritus, ne, si trajiceret in Africam Scipio, parvum vinculum eae nuptiae essent, dum accensum recenti amore Numidam habet, perpellit, blanditiis quoque puellae adhibitis, ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat, per quos moneat eum, *Ne prioribus suis promissis fretus in Africam trajiciat. Se et nuptiis civis Karthaginiensis, filiae Hasdrubalis, quem viderit apud se in hospitio, et publico etiam foedere cum populo Karthaginiensi junctum. Optare primum, ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Karthaginiensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum, armaque aut haec, aut illa, abnuentem alteram societatem, sequi necesse sit. Si non abstineat Africa Scipio, et Karthagini exercitum admoveat, sibi necessarium fore, et pro terra Africa, in qua et ipse*

tra il popolo Cartaginese, ed il re, promettendosi scambievolmente di avere gli amici, ed i nemici medesimi. Del resto Asdrubale, ricordevole, che il re avea stretta amicizia anche con Scipione, ma quanto vani fossero e per natura mutabili i pensieri de' barbari, temendo, se Scipione passasse in Africa, che quelle nozze non fossero un legame troppo debole, mentre si tiene stretto il Numida acceso dal nuovo amore, lo induce, adoperate anche le carezze della fanciulla, a spedir legati a Scipione in Sicilia ad avvertirlo, *che non passi in Africa fidato alle sue prime promesse; ch' egli era unito col popolo Cartaginese e per le nozze contratte con una loro concittadina, la figlia di Asdrubale, il quale avea veduto, quando alloggiarono in sua casa; ed eziandio con pubblico trattato. Bramava egli innanzi tutto, che i Romani guerreggiassero coi Cartaginesi fuori d' Africa, come avean fatto fino allora, per non esser egli costretto d' intervenire nelle lor contese, e seguire queste, o quelle armi, rinunziando ad una delle due società. Se non si astiene Scipione dall' Africa, e se accosta l' esercito a Cartagine, sarà egli nella necessità di combattere e per l' Africa, terra, dove nacque, e per la*

*patria, pel padre, per la casa della moglie sua.*

XXIV. Gli ambasciatori dal re mandati a Scipione con queste commissioni, lo trovarono a Siracusa. Scipione, benthè privato di grande speranza, e di soccorso rilevante per l'impresa d'Africa, rimandati prestamente gli ambasciatori, innanzi che la cosa si divolgasse, dà loro lettere pel re, colle quali più e più lo esorta *a non tradire i dritti della ospitalità contratta seco lui, nè quelli della fatta alleanza col popolo Romano, non la giustizia, la fede, le date destre, gli dei testimonj e vendicatori dei patti.* Del resto, poi che nè si poteva celare la venuta dei legati Numidi ( ch'erano andati vagando per le città, ed aggirandosi per le stanze stesse del comandante), e se si tacesse quel che fossero venuti a chiedere, c'era pericolo, che il vero, appunto perchè si celava, da se vie più si rivelasse, e timore invadesse gli animi di avere ad un tratto a combattere contro il re, e contro i Cartaginesi, divertì le menti dal vero, preoccupandole col falso. E chiamati a parlamento i soldati, *Non c'è più,* disse, *da indugiare; instano i re alleati, perchè subito si passi in Africa. Primo era ve-*

*sit genitus, et pro patria conjugis suae, proque parente ac penatibus dimicare.*

XXIV. Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem missi, Syracusis eum convenerunt. Scipio, quamquam magno momento rerum in Africa gerendarum magnaque spe destitutus erat, legatis propere, priusquam res vulgaretur, remissis in Africam, literas dat ad regem, quibus etiam atque etiam monet eum, *Ne jura hospitii secum, neu cum populo Romano initae societatis, neu fas, fidem, dextras, Deos testes atque arbitros conventorum, fallat.* Ceterum, quando neque celari adventus Numidarum poterat, (vagati enim in urbe, obversatique praetorio erant) et, si sileretur, quid petentes venissent, periculum erat, ne vera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent, timorque in exercitum incideret, ne simul cum rege et Karthaginiensibus foret bellandum, avertit a vero falsis praeoccupando mentes hominum. Et, vocatis ad concionem militibus, *Non ultra esse cunctandum,* ait. *Instare, ut in Africam quamprimum trajiciat, socios reges. Masinis-*

*sam prius ipsum ad Laelium venisse, querentem, quod cunctando tempus tereretur: nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quae tam diuturnae morae sit caussa: postulantemque, ut aut trajiciatur tandem in Africam exercitus, aut, si mutata consilia sint, certior fiat, ut et ipse sibi ac regno suo possit consulere. Itaque, paratis jam omnibus instructisque, et re jam non ultra recipiente cunctationem, in animo sibi esse, Lilybaeum classe traducta, eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis, quae prima dies cursum navibus daret, Deis bene juvantibus, in Africam trajicere.* Literas ad M. Pomponium mittit, ut, si ei videretur, Lilybaeum veniret: ut communiter consulerent, quas potissimum legiones, et quantum militum numerum in Africam trajiceret. item circum oram omnem maritimam misit, ut naves onerariae comprehensae Lilybaeum omnes contraherentur. Quidquid militum naviumque in Sicilia erat, quum Lilybaeum convenissent, et nec urbs multitudinem hominum, nec portus naves caperet, tantus omnibus ar-

*nuto a Lelio Masinissa in persona, dolendosi, che si consumasse il tempo tardando; ora Siface mandare ambasciatori, maravigliando, qual fosse la cagione di sì lungo indugio, e chiedendo, che finalmente si passi in Africa coll' esercito; o se si fosse mutato pensiero, se ne gli dia l' avviso, acciocchè possa egli pure a se provvedere, e al regno suo. Essendo pertanto allestita, e pronta ogni cosa, nè ammettendo ulteriore ritardo, aveva in animo, tradotta la flotta a Lilibeo, e radunate quivi tutte le genti a piedi, ed a cavallo, al primo dì, che spirasse vento propizio, di passare, sotto la protezione degli dei, in Africa.* Manda lettere a Marco Pomponio, acciocchè, se gli pare, venga a Lilibeo a conferire insieme quali legioni particolarmente, e quanto numero di soldati fosse da tradursi in Africa. Così mandò intorno a tutta la costa marittima, perchè, fermate tutte le navi da carico, venissero ad unirsi a Lilibeo. Quivi essendosi raccolto quanto c'era di soldati e di navi nella Sicilia; e non bastando la città a capire la moltitudine degli uomini, nè il porto quella delle navi, tal era l' ardore in tutti di passare in Africa, che pareva si conducessero

non alla guerra, ma quasi a sicuri premj della vittoria. I soldati specialmente, che restavano dell'esercito di Canne, si credevano, come se avessero in addietro prestata utile opera alla repubblica, poter sotto quello, o sotto nessun altro capitano metter fine all' ignominiosa loro milizia. Nè Scipione facea poco conto di questa sorta di soldati, come quello, che sapeva non essersi ricevuta a Canne quella sconfitta per viltà loro, e che non avea l' esercito Romano nè soldati più vecchi, nè più sperimentati non solamente ne' diversi combattimenti, ma eziandio nella espugnazione delle città. Erano le legioni di Canne la quinta, e la sesta. Avendo detto, che le trasporterebbe in Africa, ne fe la revista uomo per uomo; e lasciati quelli, che non gli parvero atti, sostituì in loro vece di quelli, che avea condotti seco dall' Italia; e compiè in modo quelle legioni, che ciascuna avesse sei mila e dugento fanti, e trecento cavalli; e così fe scelta di fanti e di cavalli dell' esercito degli alleati Latini, ch' era stato a Canne.

XXV. Quanto sia stato il numero de' soldati trasportati in Africa, non di poco tra se discordano gli autori. Altrove dieci mila fanti, due mila e dugento ca-

dor erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum duci viderentur, sed ad certa victoriae praemia. praecipue, qui superabant ex Cannensi exercitu, milites, illo, non alio duce, credebant, navata reipublicae opera, finire se militiam ignominiosam posse. Et Scipio minime id genus militum adspernabatur: ut qui neque ad Cannas ignavia eorum cladem acceptam sciret, neque ullos aeque veteres milites in exercitu Romano esse, expertosque non variis proeliis modo, sed urbibus etiam obpugnandis. Quinta et sexta Cannenses erant legiones. eas se trajecturum in Africam quum dixisset, singulos milites inspexit: relictisque, quos non idoneos credebat, in locum eorum subjecit, quos secum ex Italia adduxerat; supplevitque ita eas legiones, ut singulae sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites: sociorum item Latini nominis pedites equitesque de exercitu Cannensi legit.

XXV. Quantum militum in Africam transportatum sit, non parvo numero inter auctores discrepat. Alibi decem millia peditum,

duo millia et ducentos equites, alibi sedecim millia peditum, mille et sexcentos equites; alibi parte plus dimidia rem auctam, quinque et triginta millia peditum equitumque in naves inposita invenio. quidam non adjecere numerum: inter quos me ipse in re dubia poni malim. Coelius, ut abstinet numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget. Volucres ad terram delapsas clamore militum ait, tantamque multitudinem conscendisse naves, ut nemo mortalium, aut in Italia, aut in Sicilia, relinqui videretur. Milites ut in naves ordine ac sine tumultu conscenderent, ipse eam sibi curam sumsit. nauticos C. Laelius, qui classis praefectus erat, in navibus, ante conscendere coactos, continuit. Commeatus inponendi M. Pomponio praetori cura data: quinque et quadraginta dierum cibaria, e quibus quindecim dierum cocta, inposita. Ut omnes jam in navibus erant, scaphas circummisit, ut ex navibus gubernatoresque et magistri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda. Postquam convenerunt, primum ab iis quaesivit, si aquam hominibus jumentisque in

valli; altrove sedici mila fanti, mille e seicento cavalli; altrove accresciuta la somma più del doppio, trovo imbarcati trentacinque mila tra fanti e cavalli. Alcuni non aggiunsero il numero, tra' quali, in cosa cotanto incerta, amo io pure d' esser posto. Celio, senza darci il numero, ce ne porge un' immagine esagerata. Dice, che gli augelli caddero a terra sbalorditi dalle grida dei soldati; e che fu tanta la moltitudine che s' imbarcò, che pareva non si fosse lasciato uomo indietro nè in Italia, nè in Sicilia. Scipione si prese egli stesso la cura, che i soldati montassero in nave con ordine, e senza tumulto. Cajo Lelio, ch' era prefetto della flotta, come furon fatti imbarcare, li contenne. La cura di caricare le vettovaglie fu data al pretore Marco Pomponio: si caricaron viveri per quarantacinque giorni, per quindici de' quali vivande cotte. Come furon tutti imbarcati, mando intorno schifi, acciocchè i capitani, i piloti delle navi, e due soldati di ciascheduna si raccogliessero nella piazza a ricevere gli ordini. Poi che furon raccolti, primieramente li richiese, se avessero caricata pe' gli uomini, e pe' giumenti acqua per tanti giorni, per quanti avean

frumento. Avendo risposto, che c' era acqua nelle navi per quarantacinque giorni, comandò a' soldati, che quieti, in silenzio, senza contrasto si prestassero obbedienti a' nocchieri ne' marineschi servigj; ch' egli e Lucio Scipione all' ala destra con venti navi rostrate, e che alla sinistra altrettante rostrate, e Cajo Lelio prefetto della flotta con Marco Porcio Catone (ch' era allora questore) starebbero alla difesa de' legni da carico. Le navi rostrate avessero la notte ciascuna un lume; quelle da carico due; la capitana la distinzione di tre lumi. Commise ai governatori delle navi, che si drizzassero verso Emporia. È fertilissimo territorio, e perciò il paese abbonda di tutto, e que' barbari (come per lo più accade ne' luoghi grassi) sono imbelli; e pareva, che si potrebbe opprimerli, innanzi che fossero soccorsi da Cartagine. Dati codesti ordini, comandò, che tornassero alle navi, e il dì seguente, sotto la protezion degli dei, al dato segno salparono.

XXVI. Molte flotte Romane erano altre volte partite dalla Sicilia, e da quel porto medesimo; ma non solamente in quella guerra (il che non fa maraviglia, chè la più parte erano andate non

totidem dies, quot frumentum, inposuissent. Ubi responderunt, aquam dierum quinque et quadraginta in navibus esse; tum edixit militibus, ut silentium quieti nautis sine certamine ad ministeria exsequenda bene obedientes praestarent. cum viginti rostratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu, laevum, totidem rostratas, et C. Laelium praefectum classis cum M. Porcio Catone (quaestor is tum erat) onerariis futurum praesidio. Lumina in navibus singula rostratae, bina onerariae haberent: in praetoria nave insigne nocturnum trium luminum fore. Emporia ut peterent, gubernatoribus edixit. Fertilissimus ager, eoque abundans omnium copia rerum est regio, et inbelles (quod plerumque in uberi agro evenit) barbari sunt: priusque, quam Karthagine subveniretur, obprimi videbantur posse. Iis editis imperiis, redire ad naves jussi: et postero die, Deis bene juvantibus, signo dato solvere naves.

XXVI. Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu profectae erant. Ceterum non eo bello solum, (nec id mirum, praedatum enim tantummodo pleraeque classes

ierant) sed ne priore quidem, ulla profectio tanti spectaculi fuit. quamquam si magnitudine classis aestimaretur, et bini consules cum binis exercitibus ante trajecerant; et prope totidem rostratae in illis classibus fuerant, quot onerariis Scipio tum trajiciebat. nam, praeter quadraginta longas naves, quadringentis ferme onerariis exercitum transvexit. Sed et bellum bello, secundum priore, ut atrocius Romanis videretur, quum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum, simul caesis ducibus, effecerant: et Scipio dux, partim factis fortibus, partim suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriae celebratus, converterat animos: simul et mens ipsa trajiciendi, nulli ante eo bello duci tentata, quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia, transferendumque et finiendum in Africa bellum, se transire vulgaverat. Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba, non habitantium modo Lilybaei, sed legationum omnium ex Sicilia: quae et ad prosequendum Scipionem officii caussa convenerant, et prae-

ad altro, che a predare) ma nè anche nella precedente fuvvi mai partenza di così grande spettacolo. Benchè, se si consideri quella flotta quanto alla grandezza, anche per lo innanzi due consoli con due eserciti andati eran nell' Africa; e contavano quelle flotte quasi altrettante navi rostrate, quanto eran quelle da carico, con cui Scipione allora veleggiava. Perciocchè, oltre quaranta navi lunghe, passò tutto l' esercito a un dipresso sopra quattrocento legni da carico. Ma facea parere a' Romani la seconda guerra Punica più atroce della prima, il guerreggiare adesso in Italia, e le stragi spaventose di tanti eserciti colle morti de' lor capitani, ed avea tratti a se gli occhi di tutti il comandante Scipione, chiaro parte per fatti di valore, parte per certa sua fortuna, che il facea creder nato a vie più salire a immensa gloria; non che quel suo stesso pensiero, non mai venuto in mente ad alcun altro capitano in quella guerra, di volere, come avea divolgato, strappare Annibale dall' Italia, e portare in Africa la guerra, e quivi terminarla. Era concorsa allo spettacolo nel porto tutta la gente; nè solo gli abitanti di Lilibeo, ma tutte le legazioni venute dalla Sicilia, che s' eran qui raccolte per

onorare la partenza di Scipione, e che aveano accompagnato Marco Pomponio, pretore della provincia. Oltre a ciò le legioni, che rimanevano in Sicilia, eran venute ad accompagnare i loro commilitoni; nè solamente la flotta a chi guardava da terra, ma la terra stessa, tutta piena d'intorno di gente accalcata, era bello spettacolo ai naviganti.

XXVII. Appena fu giorno, Scipione, dalla nave capitana, fatto fare silenzio dal banditore, *O dei*, disse, *o voi, dee, che abitate i mari e le terre, vi prego e supplico, che tutto quello, che si è fatto, si fa, e in avvenire farassi sotto la mia condotta, tutto torni lieto e prospero a me, al popolo, ed alla plebe Romana, agli alleati, a quei del nome Latino, a tutti quanti seguono per mare, per terra, per fiumi l'impresa, il comando, gli auspizj del popolo Romano, e miei; che vogliate a tutto concedere il favor vostro, tutto efficacemente e largamente felicitare e proteggere; e codesti, sani e salvi, vinti i perfidi nemici, li ritorniate meco a casa vincitori, adorni di spoglie, carichi di bottino, e trionfanti; ci diate di poterci vendicare de' nemici pubblici e privati; e che quello, che il popolo Cartaginese macchinò*

torem provinciae M. Pomponium secutae fuerant. ad hoc legiones, quae in Sicilia relinquebantur, ad prosequendos commilitones processerant: nec classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat.

XXVII. Ubi inluxit, Scipio e praetoria nave, silentio per praeconem facto, *Divi Divaeque*, inquit, *maria terrasque qui colitis, vos precor quaesoque, uti quae in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo plebique Romanae, sociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam sectam, imperium, auspiciumque terra, mari, amnibusque sequuntur, bene verruncent: eaque vos omnia bene juvetis: bonis auctibus auxitis: salvos incolumesque, victis perduellibus victores, spoliis decoratos, praeda onustos triumphantesque, mecum domos reduces sistatis: inimicorum hostiumque ulciscendorum copiam faxitis: quaeque populus Karthaginiensis in civitatem*

*nostram facere molitus est, ea ut mihi populoque Romano in civitatem Karthaginiensium exempla adendi facultatem detis.* Secundum eas preces cruda exta victimae, uti mos est, in mare porricit, tubaque signum dedit proficiscendi. Vento secundo vehementi satis profecti, celeriter e conspectu terrae ablati sunt: et a meridie nebula occepit, ita ut vix concursus navium inter se vitarent. lenior ventus in alto factus. noctem insequentem eadem caligo obtinuit: sole orto est discussa, et addita vis vento. Jam terram cernebant. haud ita multo post gubernator Scipioni ait, *non plus quinque millia passuum Africam abesse: Mercurii promontorium se cernere. si jubeat eo dirigi, jam in portu fore omnem classem.* Scipio, ut in conspectu terra fuit, precatus, uti bono reipublicae suoque Africam viderit, dare vela, et alium infra navibus adcessum petere jubet. Vento eodem ferebantur. ceterum nebula sub idem ferme tempus, quo pridie, exorta conspectum terrae ademit, et ventus premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora omnia

*di fare contro la città nostra, quello stesso a me concediate ed al popolo Romano di poter fare contro la città dei Cartaginesi.* Dopo questa preghiera gettò in mare, com'è l'uso, le crude viscere della vittima, e colla tromba diede il segno di partire. Partitisi con vento prospero, però alquanto gagliardo, presto perderon di vista la terra; e a mezzo dì levossi una tal nebbia, che le navi appena schivarono di urtarsi tra loro; in alto mare il vento si fe più mite; la medesima nebbia durò la notte seguente; e allo spuntare del sole si dissipò, e il vento rinforzossi. Già scorgevan la terra, e poco di poi il piloto disse a Scipione, *che non era discosta l'Africa più di cinque miglia, che vedeva il promontorio di Mercurio; se voleva drizzarsi colà, tra poco tutta la flotta sarebbe in porto.* Scipione, come fu a vista della terra, pregati gli dei, che l'aver veduta l'Africa torni a bene della repubblica, e suo, gli ordina di sciogliere le vele, e di cercare un altro approdo alle navi più sotto. Andavano col medesimo vento; se non che la nebbia insorta quasi alla stessa ora, che il dì innanzi, tolse la vista della terra; e la nebbia premendo, cadde il vento. Poscia la notte accrebbe maggiormente l'incer-

tezza; quindi gettarono l'ancore, onde le navi non cozzassero tra loro, e non urtassero in terra. Venuto il giorno, levatosi quel medesimo vento, dissipata la nebbia, si dispiegarono alla vista tutte le spiagge dell'Africa. Scipione, chiesto qual fosse quel vicin promontorio, udito, che si nomava Pulcro, *Piacemi*, disse, *l'augurio; drizzate a quella volta le navi.* Corse colà la flotta a piene vele; tutte le genti vennero a terra. Ho prestato fede a molti autori Greci e Latini, che quella navigazione sia stata prospera senza timori, senza tumulto; il solo Celio, eccetto che si sieno sommerse navi, racconta terrori d'ogni altra fatta, celesti, e marittimi; che in fine la flotta, strappata dall'Africa, fu balzata dalla burrasca all'isola di Egimuro; che potè a gran pena raddrizzare il cammino; e che, non essendosi per poco sommerse le navi, i soldati, senza licenza del comandante, su schifi, come se avessero naufragato, balzarono a terra senz'armi con gran tumulto.

XXVIII. Sbarcate le genti, i Romani si accamparono ne' vicini monticelli. Già la paura e lo spavento, dapprima all'aspetto della flotta, poi pel romore dei soldati, che uscivan dalle navi, s'era

fecit. itaque ancoras, ne aut inter se concurrerent naves, aut terrae inferrentur, jecere. Ubi inluxit, ventus idem coortus, nebula disjecta, aperuit omnia Africae litora. Scipio, quod esset proximum promontorium, percunctatus, quum Pulchri promontorium id vocari audisset, *Placet omen*, inquit; *huc dirigite naves.* Eo classis decurrit: copiae omnes in terram expositae sunt. Prosperam navigationem sine terrore ac tumultu fuisse, permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi: Coelius unus, praeterquam quod non mersas fluctibus naves, ceteros omnes coelestes maritimosque terrores, postremo abreptam tempestate ab Africa classem ad insulam Aegimurum, inde aegre conrectum cursum, exponit: et, prope obrutis navibus, injussu imperatoris, scaphis, haud secus quam naufragos, milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasisse.

XXVIII. Expositis copiis, Romani castra in proximis tumulis metantur. Jam non in maritimos modo agros, conspectu primum classis, dein tumultu egredientium in ter-

ram, pavor terrorque pervenerat, sed in ipsas urbes. neque enim hominum modo turba, mulierum puerorumque agminibus inmixta, omnes passim compleverat vias, sed pecora quoque prae se agrestes agebant; ut relinqui subito Africam diceres. Urbibus vero ipsis majorem, quam quem secum adtulerant, terrorem inferebant. praecipue Karthaginis prope ut captae tumultus fuit. Nam post M. Atilium Regulum et L. Manlium consules, annis prope quinquaginta, nullum Romanum exercitum viderant, praeter praedatorias classes, quibus exscensiones in agros maritimos factae erant: raptisque, quae obvia fors fecerat, prius recursum semper ad naves, quam clamor agrestes conciret, fuerat. eo major tum fuga pavorque in urbe fuit. Et, Hercule, neque exercitus domi validus, neque dux, quem obponerent, erat. Hasdrubal, Gisgonis filius, genere, fama, divitiis, regia tum etiam adfinitate, longe primus civitatis erat: sed eum ab illo ipso Scipione aliquot proeliis fusum pulsumque in Hispania meminerant: nec magis ducem duci parem

diffuso non solamente pe' luoghi marittimi, ma nelle stesse città. Perciocchè non soltanto la turba degli uomini, mista a sciami di donne e di fanciulli, avea riempiute tutte le strade, ma i contadini si cacciavan dinanzi il bestiame, sì che avresti detto, che abbandonavan l'Africa subitamente. Alle città poi portavano maggior terrore di quello, che avean seco recato; a Cartagine specialmente fu tale il tumulto, quasi come se fosse presa. Perciocchè dopo i consoli Marco Atilio Regolo, e Lucio Manlio, per lo spazio quasi di cinquant'anni, non avean veduto nessun esercito Romano, eccetto alcune flottiglie, mandate a depredare, che scendevan ne' luoghi marittimi, e rapito quello, in che s'imbattevano a caso, si tornava sempre alle navi, innanzi che il romore sollevasse i contadini; per questo fu adesso nella città massima la fuga e lo spavento. E veramente non aveano a casa nè valido esercito, nè capitano da opporre. Asdrubale, figlio di Giscone, era di gran lunga il primo della città per nascita, per fama, per ricchezze, ed eziandio per regia parentela; ma ricordavansi, ch'egli era stato rotto in parecchi scontri, e scacciato dalla Spagna da quel medesimo Scipione; e che non era

punto più pari l'uno all'altro capitano, di quel che si fosse il lor esercito tumultuario all'esercito Romano. Pertanto, come e Scipione stesse per venir subito addosso a Cartagine, si grido all'armi; e in fretta si serraron le porte: e si disposero armati sulle mura, e vedette, e poste; e tutta la seguente notte si vegliò. Il giorno appresso cinquecento cavalli mandati a spiare alla marina e ad inquietare quelli, che uscivan dalle navi, diedero nelle poste de' Romani; che già Scipione, spedita la flotta in Utica, non troppo discostatosi dal mare, avea prese le vicine collinette, e messi qua e là de' cavalli ne' luoghi opportuni; e mandatine altri a predare per la campagna.

XXIX. Azzuffatisi questi colla cavalleria Cartaginese, alcuni pochi ne uccisero nella mischia, i più nell'inseguirli nella fuga (tra' quali anche il prefetto Annone, giovane illustre) Scipione non solamente diede il guasto alla campagna d'intorno, ma prese pur anche una vicina città dell'Africa alquanto ricca; dove, oltre l'altra preda, che fu subito imbarcata e spedita in Sicilia, si son fatti otto mila prigioni tra liberi e schiavi. Ma fu, più ch'altro, giocondissima ai Romani sul principio del guer-

quam tumultuarium exercitum suum Romano exercitui esse. Itaque, velut si urbem extemplo adgressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum: portaeque raptim clausae, et armati in muris, vigiliaeque et stationes dispositae, ac nocte insequenti vigilatum est. Postero die quingenti equites, speculatum ad mare turbandosque egredientes ex navibus missi, in stationes Romanorum inciderunt. jam enim Scipio, classe Uticam missa, ipse haud ita multum progressus a mari, tumulos proximos ceperat; equites et in stationibus locis idoneis posuerat, et per agros miserat praedatum.

XXIX. Ii cum Karthaginiensi equitatu proelium quum commisissent, paucos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti (in quibus praefectum quoque Hannonem, nobilem juvenem) occiderunt. Scipio non agros modo circa vastavit, sed urbem etiam proximam Afrorum satis opulentam cepit. ubi praeter cetera, quae extemplo in naves onerarias inposita, missaque in Siciliam erant, octo millia liberorum servorumque capitum sunt

capta. Laetissimus tamen Romanis in principio rerum gerendarum adventus fuit Masinissae. quem quidam cum ducentis haud amplius equitibus, plerique cum duûm millium equitatu tradunt venisse. Ceterum quum longe maximus omnium aetatis suae regum hic fuerit, plurimumque rem Romanam juverit, operae pretium videtur excedere paullulum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit in amittendo recuperandoque paterno regno. Militanti pro Karthaginiensibus in Hispania pater ei moritur: Galae nomen erat. Regnum ad fratrem regis Oesalcem, pergrandem natu, (mos ita apud Numidas est) pervenit. haud multo post, Oesalce quoque mortuo, major ex duobus filiis ejus Capusa, puero admodum altero, paternum imperium accepit. Ceterum quum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum; exstitit quidam, Mezetulus nomine, non alienus sanguine regibus, familiae semper inimicae, ac de imperio varia fortuna cum iis, qui tum obtinebant, certantis. Is, concitatis popularibus, apud quos, invidia regum, magnae aucto-

reggiare la venuta di Masinissa, che alcuni dicono venuto con non più di dugento cavalli, ed altri più con due mila. Del resto, essendo stato egli senza dubbio il più gran re dell'età sua, ed avendo le Romane cose assai giovato, pare che porti il pregio digredire alcun poco a narrare quanto varia fortuna provato egli abbia nel perdere, e nel racquistare il regno paterno. Mentre Masinissa guerreggia in Ispagna a favore dei Cartaginesi, gli muore il padre, chiamato Gala. Il regno (che tale è l'usanza presso i Numidi) venne ad Esalce, fratello del re, molto avanzato in età; poco di poi, morto anche Esalce, Capusa, il maggiore de' suoi due figli, essendo l'altro ancora fanciullo, succedette nel paterno impero. Se non che, regnando egli più per la legge del paese, che per autorità, che godesse tra' suoi, o per forze che avesse, fuvvi un certo nomato Mezetulo, non istrano al sangue dei re, però di famiglia sempre nemica, e con varia fortuna lottante sempre con quelli, che regnavano. Questi, sollevati i popolani, presso i quali era in favore per l'odio che si aveva contro i regnanti, accampatosi palesemente con le sue genti, obbligò il

re a scendere a battaglia, ed a combattere pel regno. Cadde in quel fatto Capusa con molti de' principali; e tutta la nazione de' Massilj passò sotto il dominio, e l'impero di Mezetulo. Nondimeno si astenne egli dal titolo di re; e contento del piccolo nome di tutore, dichiara re il fanciullo Lacumace, il solo che rimanesse della stirpe reale. Prende per moglie una donna nobile Cartaginese, figlia di una sorella di Annibale, ch'era stata poc'anzi maritata al re Esalce, colla speranza di legarsi coi Cartaginesi; e mandati ambasciatori, rinnova con Siface gli antichi vincoli di ospitalità; preparandosi tutti codesti ajuti contro Masinissa.

XXX. E Masinissa, udita la morte dello zio, indi l'uccisione del cugino, dalla Spagna passa nella Mauritania (era Boccare a quel tempo re de' Mauri). Supplichevole, co' preghi più umili, ottiene da lui, a scorta del cammino, poi che non poteva ad uso di guerra, quattro mila Mauri. Con questi, mandati innanzi un messo ad avvisare gli amici del padre, e suoi, arrivato ai confini del regno, da cinquecento Numidi si radunarono intorno a lui. Adunque rimandati indietro i Mauri al re, com'era convenuto, benchè il nu-

ritatis erat, castris palam positis, descendere regem in aciem, ac dimicare de regno coëgit. in eo proelio Capusa cum multis principum cecidit, gens Massylorum omnis in ditionem imperiumque Mezetuli concessit. regio tamen nomine abstinuit: contentusque nomine modico tutoris, puerum Lacumacen, qui stirpis regiae supererat, regem adpellat. Karthaginiensem nobilem feminam, sororis filiam Hannibalis, quae proxime Oesalci regi nupta fuerat, matrimonio sibi jungit, spe Karthaginiensium societatis; et cum Syphace hospitium vetustum legatis missis renovat, omnia ea auxilia praeparans adversus Masinissam.

XXX. Et Masinissa, audita morte patrui, dein nece fratris patruelis, ex Hispania in Mauritaniam (Bocchar ea tempestate rex Maurorum erat) trajicit. ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetravit. Cum iis, praemisso nuncio ad paternos suosque amicos, quum ad fines regni pervenisset, quingenti ferme Numidae ad eum convenerunt. Igitur Mauris inde, sicut convene-

rat, retro ad regem remissis, quamquam aliquanto minor spe multitudo, nec cum qua tantam rem adgredi satis auderet, conveniret; ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid conlecturum, proficiscenti ad Syphacem Lacumaci regulo ad Thapsum obcurrit. Trepidum agmen quum in urbem refugisset, urbem Masinissa primo inpetu capit: ex regiis alios tradentes se recipit, alios vim parantes occidit. pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt. Fama hujus modicae rei, in principio rerum prospere actae, convertit ad Masinissam Numidas. adfluebantque undique ex agris vicisque veteres milites Galae, et invitabant juvenem ad recuperandum paternum regnum. Numero militum aliquantum Mezetulus superabat. nam et ipse eum exercitum, quo Capusam vicerat, et ex receptis post caedem regis aliquot habebat: et puer Lacumaces ab Syphace auxilia ingentia adduxerat. quindecim millia peditum Mezetulo, decem millia equitum erant. Quibuscum Masinissa,

mero della gente raccolta fosse minore alquanto di quello, che avea sperato, e con cui potesse osare di accingersi a tanta impresa, nondimeno stimando, che mettendosi all'opra e provandosi, acquisterebbe anche altre forze a far qualche cosa, si fe incontro presso Tapso al re Lacumace, che andava a Siface. Rifuggitasi spaventata la di lui scorta in città, Masinissa se ne impadronisce di primo assalto; delle genti del re altre ne prende, che si arrendono, altre, che si apparecchiano a resistere, ne ammazza; la maggior parte, di mezzo al tumulto, insieme col re fanciullo, arrivarono a Siface, dove dapprima s'erano indirizzati. La fama di questo piccolo fatto in sul principiar dell'impresa felicemente riuscito, rivolse i Numidi a favore di Masinissa. Da ogni parte e dalla campagna, e dalle borgate fluivano i vecchi soldati di Gala, ed invitavano il giovane a ricuperare il regno paterno. Mezetulo superava alquanto in numero di soldati, avendo e l'esercito, col quale avea vinto Capusa, e alquanti di coloro, che avea racquistati dopo l'uccisione del re; e il fanciullo Lacumace gli avea condotti grandi ajuti da Siface. Avea pertanto Mezetulo quindici mila

fanti, e dieci mila cavalli, co' quali Masinissa venne alle mani, ben lungi dall' averne altrettanti. Vinse nondimeno il valore de' vecchi soldati, e la scienza del capitano, esercitato tra le armi Puniche, e le Romane. Il fanciullo col tutore, e con piccola banda di Massilj fuggì nel territorio Cartaginese. Così Masinissa, ricuperato il regno paterno, poi che vedeva rimanergli altra lotta alquanto maggiore con Siface, stimando bene riconciliarsi col cugino, mandate persone, che dessero speranza al fanciullo, che starebbe egli, se si rimettesse alla fede di Masinissa, in quel grado medesimo, in cui era stato Esalce un tempo presso Gala, e promettessero a Mezetulo, oltre l' impunità, che gli sarebbe fedelmente restituita ogni cosa; ambedue preferendo all' esiglio una mediocre condizione a casa (adoperandosi grandemente i Cartaginesi, perchè ciò non succedesse) li trasse a se.

XXXI. Mentre accadevano queste cose, Asdrubale per avventura si trovava presso Siface, al quale, che credeva poco dovergli importare, che il regno de' Massilj fosse in mano di Lacumace, o di Masinissa, Asdrubale disse, *ingannarsi egli di molto, se stimava che Masinissa sa-*

nequaquam tantum peditum equitumve habens, acie conflixit. vicit tamen et veterum militum virtus, et prudentia inter Romana et Punica arma exercitati ducis. Regulus cum tutore et exigua Masaesylorum manu in Karthaginiensem agrum perfugit. Ita recuperato regno paterno, Masinissa, quia sibi adversus Syphacem haud paullo majorem restare dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare, missis, qui et puero spem facerent, si in fidem Masinissae sese permisisset, futurum in eodem honore, quo apud Galam Oesalces quondam fuisset; et qui Mezetulo, praeter inpunitatem, sua omnia cum fide restitui sponderent; ambo praeoptantes exsilio modicam domi fortunam (omnia, ne id fieret, Karthaginiensibus de industria agentibus) ad sese perduxit.

XXXI. Hasdrubal tum forte, quum haec gerebantur, apud Syphacem erat. qui Numidae, haud sane multum ad se pertinere credenti, utrum penes Lacumacen, an Masinissam, regnum Massylorum esset, *falli eum magnopere*, ait, *si Masinissam eisdem con-*

*tentum fore, quibus patrem Galam, aut patruum ejus Oesalcem, credat. multo majorem indolem in eo animi ingeniique esse, quam in ullo gentis ejus umquam fuisset. Saepe eum in Hispania rarae inter homines virtutis specimen dedisse sociis pariter hostibusque: et Syphacem, et Karthaginienses, nisi orientem illum ignem obpressissent, ingenti mox incendio, quum jam nullam opem ferre possent, arsuros. Adhuc teneras et fragiles ejus vires esse, vixdum coalescens foventis regnum.* Instando stimulandoque pervincit, ut exercitum ad fines Massylorum admoveat; atque in agro, de quo saepe cum Gala non verbis modo disceptatum, sed etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie juris sui, castra locet. *Si quis arceat, id quod maxime opus sit, acie dimicaturum: sin per metum agro cedatur, in medium regnum eundum. aut sine certamine concessuros in ditionem ejus Massylos, aut nequaquam pares futuros armis.* His vocibus incitatus Syphax Masinissae bellum infert, et primo certamine Massylos fundit fugatque. Masinis-

*ria rimasto contento di quello, ch' era stato di Gala suo padre, o di Esalce suo zio; avea codestui una forza d' animo e d' ingegno assai maggiore, che fosse stata in altri mai di quella nazione; aver egli spesso in Ispagna dati saggi agli alleati, non meno che a' nemici, di una virtù rara tra gli uomini; e che se Siface, e i Cartaginesi non avessero soffocato quel fuoco nascente, sarebbero stati divorati in appresso da grande incendio, quando non avrebbero più potuto apporvi rimedio. Essere ancora tenere e fragili le forze sue, colle quali va assodando il regno appena sorto.* Instando e stimolando finalmente lo indusse ad accostare l' esercito ai confini de' Massilj, e ad accamparsi sul territorio, del quale s' era sovente disputato con Gala non solamente colle parole, ma coll' armi, come di territorio indubbiamente di sua ragione. *Se verrà alcuno a cacciarnelo, il che sarebbe a bramarsi, si darà battaglia; se poi si cederà per paura, bisognerà inoltrarsi nel cuore del regno; o i Massilj si sottometteranno a lui senza combattere, o non avranno forze eguali da resistere.* Aizzato da codeste parole, Siface muove guerra a Masinissa, e nel primo fatto sbaraglia e fuga i Massilj; Masinissa

con pochi cavalli dalla mischia si rifugge sopra un monte, dagli abitanti chiamato Balbo. Alcune famiglie seguirono il re colle tende, e co' bestiami loro; che questa è tutta la lor ricchezza; il restante de' Massilj passò sotto il dominio di Siface. Il monte, che i fuorusciti avean preso, era erboso ed acquoso; e perchè buono a nodrir bestiami, somministrava abbondante cibo anche agli uomini, che vivevano di carne e di latte. Quindi dapprima con incursioni notturne, e furtive, poscia con aperto ladroneccio infestavan tutti i dintorni; era specialmente messo a guasto il territorio Cartaginese, e perchè v' era più da predare che tra i Numidi, e perchè si rubava più securamente. E già s' eran fatti sì baldanzosi nella licenza, che portavano la preda al mare a venderla a' mercadanti, che per questo stesso vi approdavano; e restavan morti, o presi più Cartaginesi, che non accade spesso in giusta guerra. Portavano i Cartaginesi le lor doglianze a Siface, e lo istigavano, già irritato com' era, a proseguire il resto dell' impresa; se non che non gli pareva cosa da re dar dietro a ladroni, che correvano per le montagne.

sa cum paucis equitibus ex acie in montem ( Balbum incolae vocant ) perfugit. familiae aliquot cum mapalibus pecoribusque suis ( ea pecunia illis est ) persecuti sunt regem: cetera Massylorum multitudo in ditionem Syphacis concessit. Quem ceperant exsules montem, herbidus aquosusque est: et, quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque, carne ac lacte vescentium, abunde subficiebat alimentis. Inde nocturnis primo ac furtivis incursionibus, deinde aperto latrocinio, infesta omnia circa esse: maxime uri Karthaginiensis ager, quia et plus praedae, quam inter Numidas, et latrocinium tutius erat. jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare devectam praedam venderent mercatoribus, adpellentibus naves ad id ipsum; pluresque, quam justo saepe in bello, Karthaginiensium caderent caperenturque. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienses, infensumque et ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant. sed vix regium videbatur, latronem vagum in montibus consectari.

XXXII. Bocchar, ex praefectis regiis vir acer et inpiger, ad id delectus. ei data quatuor millia peditum, duo equitum: praemiorumque ingentium spe oneratus, si caput Masinissae retulisset, aut vivum (id vero inaestimabile gaudium fore) cepisset, palatos incurioseque agentes inproviso adortus, pecorum hominumque ingenti multitudine a praesidio armatorum exclusa, Masinissam ipsum cum paucis in verticem montis compellit. Inde, prope ut jam debellato, nec praeda modo pecorum hominumque captorum missa ad regem, sed copiis etiam, ut aliquanto majoribus, quam pro reliquiis belli, remissis, cum quingentis haud amplius peditibus ducentisque equitibus, degressum jugis Masinissam persecutus, in valle arta, faucibus utrimque obsessis, inclusit. ibi ingens caedes Massylorum facta. Masinissa cum quinquaginta haud amplius equitibus per amfractus montis ignotos sequentibus se eripuit. Tenuit tamen vestigia Bocchar: adeptusque eum patentibus prope Clupeam urbem campis, ita circumvenit, ut, praeter quatuor equites, omnes ad unum in-

XXXII. Boccare, uno de' regj prefetti, uomo ardito e valoroso, fu scelto a ciò. Gli si diedero quattro mila fanti, e due mila cavalli; e caricatolo della speranza di grandi premj, se riportasse la testa di Masinissa, o vivo (il che sarebbe d'inestimabil gioja) il prendesse, egli, assalitili sbandati, nè punto in guardia di se, tagliata fuori dalla difesa degli armati una gran moltitudine d'uomini e di bestiami, respinge lo stesso Masinissa con pochi in su la vetta del monte. Indi, come a guerra quasi terminata, spedita al re non solamente la preda fatta d'uomini e di bestiami, ma rimandando eziandio le genti, come troppe più, che non occorreva al restante della guerra, messosi con niente più di cinquecento fanti, e dugento cavalli ad inseguir Masinissa disceso dalle alture, lo chiuse in una stretta valle, serratene le bocche d'ambe le parti. Fu quivi grande la strage dei Massilj; Masinissa con cinquanta cavalli appena sottrossi pe' gli anfratti del monte non noti à chi lo inseguiva. Boccare nondimeno gli tenne dietro; e raggiuntolo nell'aperta pianura presso la città Clupea, così accerchiollo, che, tranne quattro, gli uccise tutti gli altri cavalieri; tra' quali,

nel bollor della mischia, si lasciò uscire quasi fuor di mano lo stesso Masinissa ferito. I fuggitivi erano a vista; la banda dei cavalli, dispersa per tutta la pianura, onde farsi di fronte ad alcuni, che scampavano per traverso, inseguiva i cinque nemici. Un largo fiume accolse i fuggenti (che stretti da maggior paura, vi si erano senza esitare lanciati dentro co' cavalli), e son sospinti dalla corrente, e obliquamente trasportati. Ingojati due d'essi dalla rapidità del gorgo in su gli occhi del nemico, si credette perito lo stesso Masinissa; ma gli altri due cavalieri insieme con lui usciron salvi tra i virgulti dell' opposta riva. Quivi fe fine Boccare all' inseguire; nè osando entrare nel fiume, nè credendosi più avere chi inseguir dovesse. Tornò quindi al re falso apportatore della morte di Masinissa; e si spedì gente a Cartagine ad annunziare l'immenso gaudio; e la fama della morte di Masinissa, sparsa per tutta l'Africa, toccò gli animi diversamente. Masinissa, occultato in una spelonca, curandosi con erbe la ferita, visse alquanti giorni delle ruberie de' due cavalieri; come tosto comparve la cicatrice, e si credette poter essa sostener il moto del cavallo, si rimette in via con insigne

terficeret. cum iis ipsum quoque Masinissam saucium prope e manibus inter tumultum amisit. In conspectu erant fugientes; ala equitum, dispersa toto campo, quibusdam, ut obcurrerent, per obliqua tendentibus, quinque hostes sequebatur. amnis ingens fugientes accepit, (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgueret, inmiserant equos) raptique gurgite, et in obliquum praelati. duobus in conspectu hostium in praerapidum gurgitem haustis, ipse periisse creditus. at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt. Is finis Bocchari sequendi fuit, nec ingredi flumen auso, nec habere credenti se jam, quem sequeretur. Inde vanus auctor absumti Masinissae ad regem rediit; missique, qui Karthaginem gaudium ingens nunciarent: totaque Africa fama mortis Masinissae repleta varie animos adfecit. Masinissa in spelunca occulta, quum herbis curaret vulnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa jactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum: atque, in ipso iti-

nere haud plus quadraginta equitibus conlectis, quum in Massylos, palam jam quis esset ferens, venisset, tantum motum quum favore pristino, tum gaudio insperato, quod, quem perisse crediderant, incolumem cernebant, fecit, ut intra paucos dies sex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent: jamque non in possessione modo paterni regni esset, sed etiam socios Karthaginiensium populos Masaesylorumque fines, (id Syphacis regnum erat) vastaret. inde, irritato ad bellum Syphace, inter Cirtam Hipponemque in jugis opportunorum ad omnia montium consedit.

XXXIII. Majorem igitur eam rem Syphax ratus, quam ut per praefectum ageret, cum filio juvene (nomen Verminae erat) parte exercitus missa, imperat, ut, circumducto agmine, in se intentum hostem ab tergo invadat. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto adgressurus erat: Syphax autem interdiu aperto itinere, ut qui, signis conlatis, acie dimicaturus esset, movit castra. Ubi tempus visum est, quo pervenisse jam circum-

ardimento a racquistare il regno; e raccolto nel cammino niente più di quaranta cavalli, venuto nelle terre de' Massilj, dichiaratosi pubblicamente ch' egli era, destò sì gran movimento per l'antico favore, di cui godeva, sì per la gioja non isperata al vederlo salvo, lui che credevano d'aver perduto, che in pochi dì s' ebbe intorno sei mila fanti, e quattro mila cavalli, ed era di già non solamente in possesso del paterno regno, ma saccheggiava gli alleati dei Cartaginesi, e le terre dei Massilj, dove regnava Siface. Poscia, sfidato a guerra Siface, andò a mettersi tra Cirta, ed Ippona sulla sommità de' monti, opportuni ad ogni occorrenza.

